



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

CONGREGATIONE,  
SACRORVM RITVVM

Siue

Eminentissimo, & Reuerendissimo D.

CARD. VIDONO

Veneta, seu Mediolaneñ

Beatificationis, & Canonizationis Venerab.  
Serui Dei

HIERONYMI  
AEMILIANI

Congregationis Somaſche Fundatoris



---

P O S I T I O  
S V P E R D V B I O;

An conſtet de virtutibus Theologicalibus Fide, ſpe, &  
Charitate, & quatuor Cardinalibus Prudentia, Iu-  
ſtitia, Fortitudine, & Temperantia in caſu, &c,  
ad effectum de quo agitur.

---

R O M Æ

---

Ex Typographia Reuerendæ Camerae  
Apoſtolicae 1679.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text in the upper middle section, appearing to be a list or series of entries.

Handwritten text in the middle section, continuing the list or entries.

Handwritten text in the lower middle section, possibly a continuation of the list.

Handwritten text in the lower section, appearing to be a list or series of entries.

Handwritten text in the lower section, possibly a continuation of the list.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a footer or concluding remarks.

# VENETA, SEV MEDIOLANEN.

Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Hieronymi Aemiliani Orphanorum Patris, & Congreg. Somaſchæ Fundatoris.

## P O S I T I O S V P E R D V B I O.

An constet de Virtutibus Theologicalibus Fide, Spe, & Charitate, & quatuor Cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, in casu, &c., & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER.



INEFFABILIS Dei bonitas, & misericordia, quæ admirabili providentia, in castigandis peccatis Populorum, perire non permittit Innocentes, præsertim derelictos Orphanos, quorum specialem curam, & patrociniū insinuat semper in veteri, & nouo Testamento pijs hominibus: inter lacrymabiles desolationes, & necem totius Italiæ, & præcipuè Ciuitatum, & Populorum dominij Veneti, & Mediolanensium, ortas ex crudelissimis bellis, fame, & peste grassantibus in diuersis Provincijs præterito sæculo circa annum 1526. prout testantur Historiæ, excitauit Spiritum Hieronymi Aemiliani nobilissimi Veneti, qui ex medio bonorum, & honorum cursu à sæculari, & terrena militia diuinitus Vocatus, totum se Saluatoris, & Domini nostri IESV Christi Euangelicis Præceptis, & Consilijs regendum, & efformandum tradidit. Quare ab eodem Salvatore nostro eruditus, paruulorum Angelos Aeterni Patris faciem assiduè contueri in Cælis, Spirituali, & temporali curæ, & gubernio ipsorum pauperum Orphanorum se penitus emancipauit, & tandem noua Congregatione (quæ inter alia pietatis, & Charitatis opera Orphanis, & paruulis religiosè, & piè educandis sedulo se impendit) religiosè fundata, vitam exemplari Sanctitate traductam Sanctissimo conclusit exitu, cum maxima Fama Sanctitatis propter heroicæ Virtutes, quibus in vita præfulsit, & plurima miracula, quibus placuit Altissimo, cum illustrare, vt mox ostendetur ex eiusdem Serui Dei Vita, & Operibus.

Natus est dictus Seruus Dei Hieronymus Venetijs anno 1481, ex Angelo Amiliano Senatore, & Eleonora Muzaccone nobilissimis, Catholicis, & pijs Parentibus, qui simili pietate filium educandum curarunt. Hic factus adolescens, cum esset eximia animi, & corporis indolis, verrens militiæ non ten. libdit, occasione belli per Maximilianum Cæsarem illati contra Venetam Rempublicam, à cuius prudentissimo Senatu, vt expectus, & strenuus miles, fortalicio Castri noui in consaibus Germaniæ, cum tribus Militum Centurijs Prator, & Gubernator electus fuit, vbi ab aduerso, & numerosissimo milite interpellatus, vt Castro cederet, extrema cunctis minante, si deditio, aut recusaretur, aut differretur, animosè respondit, deuotum se caput habere libertati Patriæ, & ideo sibi statutum, vita potius quàm loco cedere, & cum hac constantia Castrum diu defendit, bellicas irruptiones cum magna cede pluries repellendò: sed tandem numerosissimus inimicus miles Castro potitus est, & ipse Hieronymus captus, in vindictam illatæ cedis reclusus fuit in imo, ac tenebroso Turris fundo, cum ferreis vinculis in manibus, et pedibus, mancipato etiam collo cum ferreo circulo, ex quo trium annulorum catena, pilaque marmorea ingentis magnitudinis pendeat, cum solo pane, et aqua pro victu, et simplici subucula pro vestitu.

In hoc miserino statu suam præteritam vitam recogitans Hieronymus, et commissarum culparum ex toto corde poenitens, & contritus, ad Sanctissimam Deiparam Taruisinam, certissimum peccatorum refugium, & afflictorum consolatricem, se conuertit, orans, & vouens, cum vera fide, se nudis pedibus ad eius Sanctas eedes iturum, si à tam diro carcere liber euaderet. Et tanquàm iam ad grandia præselectus, & destinatus meruit statim habere adstantem ipsam Sanctissimam Deiparam, à qua acceptis clauibus pro referendis ianuis, solutisque ferreis vinculis è manibus, et pedibus, iussus est abire, prout abiit è carcere, et Castro cumeisdem vinculis, compedibus, ac circulo ferreo, globuloque lapideo pendente, ac nudis pedibus, cum sola subucula, soluturus suæ Liberatrici votum ad Ecclesiam Beatissimæ Deiparæ Taruisinæ.

Sed extra Castrum egressus vidit se vndique ab inimico exercitu circumdatum; vnde ab imminente mortis periculo perterritus, iterum, cum vera fide, suam Clementissimam Liberatricem Mariam inuocat, quæ iterum præsto fuit, manumque illius apprehensa securum sequi iubet, & per medios hostes ductum propè moenia Ciuitatis Taruisinæ associavit, et disparuit. Tunc Hieronymus Ciuitatem ingressus Beatissimæ Virginis eedes adit, votum soluit, tantique miraculi euentum omnibus prædicat, et tabellam pictura, et scripto distinctè illud referentem cum eadem clauè sibi à Beata Virgine tradita, ac manicis, compedibus, collique vinculo, et marmorea pila in memoriam, et testimonium recepti beneficii appendit, atque huiusmodi rei historiam ordine, quo gesta est, publicis scriptis consignari curat, deindè Venetias properat enuncians, et prædicans vbique tam insigne Beatæ Virginis Taruisinæ miraculum.

Inita deinde pace inter suprarelatos Principes, et restituto inter cætera dicto Fortalicio Castri noui Reipublicæ Venetæ; Senatus, Ducibus, et Militibus optimè de Republica meritis præmia diuersa decreuit, et in testimonium generosæ fidei, et constantiæ Hieronymi dictum Fortalitium Castri noui eidem, ac suæ Æmilianæ Familiæ gubernio ad triginta annos attribuit, vbi reuersus Hieronymus, multis annis præfuit, non tam vti Prator, quàm Pater omnium incolarum.

Interim

Interim uunciata morte Lucæ fratris abdicato Magistratu, Venetias redire cogitur ad tutelam, & curam Nepotum administrandam, ibique animo reuoluens suam pristinam vitam, ac memoratum suæ libertatis beneficium à Beatissima Virgine, vt supra, acceptum, spiritualium, & & Coelestium studijs ex proposito vacare coepit, acceptoque in Ducem, Magistrum, & conscientia moderatorem erudito pio, ac exemplari Sacerdote Sacri Lateranen Ordinis, & successiue san. mem. Paulo Papa Quarto, tunc in minoribus constituto sub nomine Petri Aloy sij Caraffæ, nouum induit hominem, commutando superbiam, & honores in humilitatem, & abiectiones, delicias, & carnis oblectamenta in ieiunia, cilicia, & orationes, varios sumptus, & prodigalitates inutiles in eleemosynas profusissimas erga pauperes, ad quos alendos (occasione maximæ Charitatis annonæ circa annum 1528. in Gallia, Cisalpina.) totum ferè patrimonium consumpsit; quoniam non solum Virgines, ne propter egestatem pudicitiam quæstui tradere cogentur, victu, vestibus, & dotibus subministratis, honestè collocandas curabat, alijsque honestis, & honoratis familijs ad inopiam redactis, secretò subueniebat, ac neminem penitus ex pauperibus sibi eleemosynam petentibus vacuum abire patiebatur; sed deuotionis feruore, & pietate motus Hospitale in priuatis Domibus Venetiarum primo loco ad hunc effectum conductis, aperuit pro pauperibus Orphanis, non tam dictæ Ciuitatis, quàm ex vicinis Insulis collectis, pro quorum alimentis postquam totum patrimonium erogauit, ipsemet rudi, & linea tantùm veste indutus cum eisdem Orphanis tamquam adoptiuis filijs publicè, & ostiatim quæstuebat, & domi non solum Christiana doctrina eos imbuebat, sed tamquam beneuolus, & amatorius Pater sordes vestium, & corporum quotidie mundabat.

Ne eius pietas his suis restricta limitibus, quoniam vix stabilito dicto Hospitali Orphanorum Venetijs, sciens in alijs Ciuitatibus Gallie Cisalpinæ propter eorundem bellorum tristes euentus, ac vrgentem famem, vbique vagari pauperes, & derelictos Orphanos, licet iam nihil penitus in mundo habens, sed iuxta monitum *Apostoli 2. ad Corinthios cap. 6. omnia possidens*, per veram Fidem, Spem, & Charitate in Christo, egressus est ad colligendos Orphanos aliarum Ciuitatum, & Dicecesum, & primo loco ad Bergomen, eiusque Oppidum Somaschæ, vbi non tam Orphanorum, sed etiam puellarum, & impudicarum mulierum poenitentium erexit domicilium, & successiue ad Mediolanen, Comen, Papien, Brixien, & Veronen Ciuitates, in quibus eodem modo, quo Venetijs Hospitalia pro eis aperuit, fundauit, & stabiliuit, eleemosynis Principum, Magnatum, & Nobilium piorum Fidelium, quorum multi etiam ex nobilioribus familijs Odescalca, Carpana, Comitibus, Gumbarana, & alijs ad famam, & exemplum tam ardentis charitatis, & pietatis Hieronymi excitati, se Socios laborum, & concolonos in vinea Domini obtulerunt, & addixerunt, cum quibus, vt possent sedulo se congregare pro faciliori gubernio spirituali, & temporali dd. Hospitalium, elegit dictum Oppidum Somaschæ in Territorio Bergomen, vbi stabilitis Constitutionibus pro augmento, & perpetuitate huiusmodi pie Congregationis, habentis iam tum 60. Sodales, & consocios, omnes verè Apostolicos viros, & pro maiori parte Titulatos, Nobiles, Sacerdotes, & Doctores, totus deditus abstinentia, ieiunijs, & orationibus, quibus propensius vt vacaret segregauerat se in aspero Brema supra proximum disruptum montem, IESVM Christum semper appellans, et proferens sibi assueta verba. *Dulcissime IESV, non sis mihi Index, sed*

4  
*Saluator*. Obdormiuit in Domino die 8. Februarij 1537. in etate  
 annorum 36. cum maxima fama Sanctitatis, et concursu Fidelium ad  
 eius Obiitum, & Sepulcrum, continuata cum publico cultu, vsque ad  
 annum 1634. qui emanarunt Decreta contraria san. memor. Urbani  
 Octau: propter notorias virtutes heroicas, quibus Seruus Dei emi-  
 cuit, atque plura miracula in Vita, et post obitum, quibus placuit  
 Altissimo eum illustrare. De quibus virtutibus, et miraculis fuerat  
 iam ante editionem prefatorum Decretorum san. mem. Urbani exa-  
 minata, et approbata relatio à bon. mem. Ioanne Baptista Coccino,  
 Philippo Pirouano, et Clemente Merlino, Sacræ Rotæ Auditoribus  
 cum vnanimi eorum voto pro Canonizatione, prout in copia, quæ  
 datur impressa, et originali ab eisdem tribus Auditoribus subscripto  
 in manibus Eminentissimi Ponentis: & cum nunc reassumatur dispu-  
 tatio super dubio, An constet de Virtutibus Theologicalibus, et Cardi-  
 nalibus dicti Serui Dei Hieronymi, videtur affirmatiue resoluendum,  
 tam ex deductis, et firmatis in dicta relatione, et voto ipsorum Do-  
 norum Auditorum super dictis Virtutibus, quam ex mox deducendis.

## De Virtutibus Theologicalibus, & Primo de Fide.

**O**missis Consulto super hoc Articulo, quid sit Fides Theologicalis, &  
 quomodo tota quantà est dirigat ad praxim, idest ad actum vo-  
 luntatis dirigendum ergà Deum, ad quid obliget Fideles, & quomo-  
 do euadat heroica, & quæ sint eius signa, de quibus plenè, & Magi-  
 straliter differit, & docet Reuerendissimus Pater de Laurea *tract. de  
 Virtutibus in genere disput. 22. art. 9. S. unico fol. 734.* præmittendum  
 est pro indubitato, quod Charitas inter omnes virtutes primatum ob-  
 tinet, vt testatur Apostolus ad Corinth. 13. vbi relatis ceteris pro-  
 prietatibus, & excellentijs Charitatis, addit: *Nunc autem manent Fi-  
 des, Spes, & Charitas, tria hæc, maior autem horum est Charitas,* & quod  
 per Charitatem ceteræ virtutes incrementum graduationis heroicæ  
 assumunt; quia per Fidem cognoscitur Deus, per Spem quæritur, sed  
 per Charitatem acquiritur illius ardentissima possessio, & proinde  
 idem Apostolus ad Colossen. 3. eam *Vinculum perfectionis appellat, &  
 ad Rom. 3. quod Plenitudo legis est dilectio,* cum qua adimplentur omnia  
 præcepta, & consilia Sancti Evangelij, & quod quoties in vno Seruo  
 Dei probatur adesse in gradu heroico aliquam ex Virtutibus Theo-  
 logicalibus, per necessariam sequelam supponitur eadem heroicitas in  
 omnibus alijs, licet quantum ad effectus magis in aliquo vna, quam  
 in alio resplendeat propter occasiones potius actuum vnius, quam  
 alterius, vt benè explicat Diuus Ambrosius super illa verba Christi  
 Domini. *Beati eritis, cum vos oderint homines &c.* dum ait *Connexæ  
 sibi sunt, & concatenatæ virtutes, vt qui vnâ habet, plures habere vo-  
 deat;* & ita etiam Diuus Thomas. 1. 2. *quest. 66. art. 2. ad 2.*

Incipiendo igitur à Fide, cuius effectus in ordine ad Beatificationem, &  
 Canonizationem ad tria Capita reducuntur, scilicet primum res fidei  
 credere, secundum eius dogmata scire, & tertium ea debito, & op-  
 portuno tempore confiteri. Constituitur, magnitudo, & heroicitas  
 illius à Sanctis Patribus ex Doctrina Apostoli ad *Ephef. 3.* principaliter  
 in quatuor operationibus, vt explicat S. Antoninus in *Summa  
 par. 4. tit. 8. cap. 3. sub S. 6. in fine.* Prima scilicet, vt homo, alta de

Deo

Deo sentiat, Secunda, quod transitoria pro præmio æterno contemnat; Tertia, quod in aduersis, & naturaliter impossibilibus non deficiat: Quarta tandem, quod non desistat à bono opere etiam difficultatibus insurgentibus. Huiusmodi autem fidem, cum supra relatis effectibus, ac magnitudine, & perfectione fuisse in Seruo Dei Hieronymo comprobant ad euidenciam illius natiuitas, educatio, vita, operationes, & obitus mox referen.

Natus est, vt iam dixi, Seruus Dei Hieronymus anno 1481. Venerijs ex legitimo matrimonio nobilissimorum, catholicorum, & piorum Parentum Angeli Æmiliani, & Eleonoræ Maurocenæ, vt constat ex Libris Auogariæ Communis Venetiarum, ac testibus *Summario num. 1.* & sic præsumitur primam fidei lucem per Baptismum infantie illius fuisse infusam, tanquàm nati ante Sac. Concilium Tridentinum, educati, & mortui inter Catholicos, vt passim in alijs similibus relationibus fuisse admissum tradit *Castell. de Canonizat. Sanctarum part. 4. §. quaro.* iuxtà præmissa, quæ præsumptio est tam violenta, vt habeatur pro veritate, concurrente præferriam (vt hic) fama Sanctitatis: ex adductis per Reuerendissimum Martam *cod. tract. par. 4. cap. 5. ex num. 8. ad 12.*

Quod autem Hieronymus res fidei crediderit, eius dogmata scjuerit, docuerit, & opportunè fassus fuerit, probatur ex testibus, & Historijs relatis *Summario num. 2.* deponentibus, & attestantibus, ipsum vixisse semper in Fide Catholica, in eaque perseuerasse vsque ad obitum, puerosque illam docuisse, blasphemantes corripuisse, imò orationem particularem pro perfecta reformatione Christianitatis, prout erat tempore Apostolorum, instituisse, relata *d. Summario sub numer. 2. pag. 5.* & in vltimo congressu habito paulo antè obitum cum Vicario Generali Bergomeñ genusexum coram eo in audientia publica Fidem Catholicam illi ardentè commendasse, vt ex epistola eiusdem Vicarij Generalis *d. num. 2. ead. pag. 5.*

Prout etiam quod alta de Deo senserit Hieronymus, transitoria pro eo contempserit, in aduersis à bono opere non defecerit, nec destiterit (quæ sunt quatuor operationes principales, in quibus consistit, magnitudo, & heroicitas Fidei iuxtà Doctrinam Sancti Antonii supra relata, imò vltèrius quod in nostro Seruo Dei adfuerint tresdecim signa, & indicia heroicæ, & supra naturalis Fidei specificata, & comprobata per Reuerendissimum Magistrum à Laurea *in supracit. tract. de virtutibus in genere disp. 22. art. 9. §. unico per tot., & summarie descripta sub num. 252.* scilicet. Primo credere internè, firmitè, & super omnia, quæ Deus reuelauit, & Ecclesia proponit credenda. Secundo confessio externa eorum, quæ internè creduntur. Terrio obseruantia totius Christianæ legis pro salute. Quarto Oratio assidua. Quinto Submissio ad Deum, & Ecclesiam, eiusque visibile Caput in eis, quæ pertinent ad salutem. Sexto Dilatatio fidei, vel efficax eius desiderium. Septimo Timor Dei. Octauo Amor Dei, & proximi. Nono Religio in Deum, & Sanctos. Decimo Horror peccatis & poenitentia de illo. Vndecimo Patientia. Duodecimo Læticia bonorum operum, & Decimotertio Humilis conceptus, & æstimatio propriæ personæ; *ubi sub num. 253.* quod quamuis aliqui ex præfatis signis, & actibus possint etiam à Spe, & Charitate imperari, cum sic commune his virtutibus, vt vicissim, & mutuò sibi imperent, id non impedit, quin præfati actus sint signa Fidei heroicæ.

Quod inquam omnes prædictæ operationes, actus, & signa heroicæ, & supernaturalis Fidei fuerint in Seruo Dei Hieronymo, comprobatur



ex omnibus eius operibus, & gestis vsque ad obitum, incipiendo à miraculosa liberatione è carcere Castri noui suprarelata, de qua per testes *num. 3. fol. 6.* ac tabellam votiuam propria manu descriptam, & appensam in Sanctis Ædibus Beatissimæ Virginis Taruifinæ, *ibid. p. 10.* alijsque antiquis Historijs miraculorum, & vitæ eiusdem Serui Dei signatis *pag. 10. 11. 12.*

Alta enim, & firmitè, vt Centurio apud *Matth. 8.* de Deo sentiens Hieronymus, ac certissimus de infallibili Christi Domini promissione apud *Matth. 7. & Marcum 11.* quod firma Fide orans, quæcumque petierit, accipiet, & indefessus in oratione, & propter impossibilitatem naturalem non desistens vt Cananea, apud *Matth. 15.* obtinuit petitam miraculosam liberationem à carcere.

Transitoria pro Deo contemnens omnibus Dignitatibus, & honoribus Patrijs renunciauit, ac totum patrimonium in pauperes erogauit *Summario pag. 17. 19. 21. 34. 37.*

In aduersis non deficiens, nec à bonis operibus propter insurgentes difficultates desistens, spatio sex tantum annorum, decem Hospitalia mulierum poenitentium, & Orphanorum Venetijs, Somaschæ, Bergomi, Mediolani, Comi, Papiæ, Brixia, & Veronæ cum solis elemosynis aperuit, fundauit, & stabiliuit, vt in tit. de Charitate *nu. 5. pag. 33. 36. 37. 39. 42. 43.*

Externè confitens, quæ internè credidit, Orphanis, & omnibus ignorantibus Doctrinam Christianam quotidie docuit, vt eodem *num. 5. pag. 16. 18. 21. 34. 42. & num. 2. pag. 3. 4.*

Observer totius Christianæ Legis pro salute, duxit semper à die conuersionis vsque ad obitum, vitam non solum inculpatam, sed exemplarem, & Angelicam, vt *num. 2. pag. 3. 4. 5.*

Orauit assidue, ita vt etiam laborans cum suis Orphanis Psalmos, & particulares Orationes recitaret, vt *num. 11. pag. 66.* & stabilitis, & prouisis de gubernio spirituali, & temporali prædictis decem Hospitalibus fundatis, se recepit in Eremum supra asperum montem propè Somascham, vt posset feruentius, & sine vlla distractione orationi mentali, seu vocali semper vacare, vt eodem *num. 11. pag. 66. & num. 14. pag. 78. 80.*

Submissus Deo, & Ecclesiæ, eiusque visibili Capiti selegit in Magistrum, & Directorem vitæ, & conscientiæ primo loco probatæ sanctitatis virum Religiosum ex S. Ordine Lateranè, & successiuè Petrum Aloysium Caraffam, qui fuit postmodum Pontifex Paulus Quartus in omni statu zelantissimus, & acerrimus Fidei Defensor, & Propagator, vt *Summario num. 6. pag. 45.*, sine quorum licentia, & consilio nil penitus faciebat, & extrà Venetias in alienis Diocesisibus se in omnibus remittebat imperio, & voluntati Ordinariorum, vt *Summario nu. 10. pag. 63. 64. 65.*

Cupiens efficaciter dilatationem Fidei, & obseruantiam præceptorum, particularem desuper, & compendiosam Orationem ad Deum composuit, vt *numer. 2. pagin. 5.* ac verbis, exemplis, & operibus publicis tam Venetijs, quàm in Ciuitatibus, & Diocesisibus, Bergomè, Mediolanè, Comè, Papiè, Brixie, & Veronè illam publicauit, & insinuauit.

Timens Deum, cumque, & proximum amans, non solum mandata illius custodiuit, sed consilium perfectionis datum apud *Matth. 19.* à Christo Iesu vendendi omnia bona, & distribuendi pauperibus libentissimè amplexus fuit, vt supra probatum est.

Horrens peccatum, & poenitens de illo asperis flagellis se verberauit, vt

num. 14. pag. 76. abstinentiam arctissimam, ac ieiunium cum solo pane, & aqua vsque ad obitum seruauit, *ut num. 9. pag. 58.* & in his omnibus bonis operibus semper letus existens præterquam recogitans commissas culpas, *ut num. 14. pag. 76.*

Et tandem paciens, ac humilis, imò nullum conceptum, nec æstimationem habens de propria persona, iniurias pluries tolerauit, & dimisit, *ut num. 8. pag. 55. 56. 57.* ac vocabat se Pauperum Dei Seruum, & tamquam verè talis in Hospitalibus Infirmorum, & Conualescentium, & alijs ab ipso fundatis, vti minimus, & abiectissimus homo seruebat, cubilia sternendo, sordes omnes etiam corporis purgamenta leuando, infirmos, & foedis plagis, & viceribus viciatos proprijs manibus medicando, & abstergendo, *ut num. 5. pag. 17. 18. 20. 36. 39. 42.*

Et quod superat omnem gradum Humilitatis, & abiectiois, ille Hieronymus, qui fuerat paucos ante annos tam præclarus, & gloriosus Miles in eadem Ciuitate Venetiarum, vbi erat de nobilioribus familijs, & ordine Senatorio. in florenti ætate annorum 45. non erubuit propter heroicam fidem in Deum, sola linea, & rudi toga indutus, incedere processionalitèr sub Cruce cum suis Orphanis quæstuando ostium victum, *ut in Summario num. 12. pag. 70. 71. 73.*

## De Spe .

**S**pes, quæ diffinitur à Magistro Sententiarum *lib. 3. distinct. 26.* & communiter à Theologis, *quod sit Certa expectatio futura Beatitudinis proueniens ex Dei gratia, & meritis precedentibus,* cum habeat actus, & habitus internæ qualitatis, non potest ea facilitate, qua fides ab adstantibus percipi, atque cognosci. Nihilominus ex genere vitæ, quam quis proficitur, nempe ex exacta obseruantia Legis Diuinæ, & Ecclesiasticæ, & melius ex Euangelicorum consiliorum custodia, & cæteris supererogationis operibus, quæ quis non ex humano consilio, sed ex instinctu Dei conspicitur operari, Spes heroica æternæ vitæ, propterquam hæc omnia geruntur, clarè infertur, vt euidentissimè explicat, & docet Reuerendissimus Magister à Laurea *citat. tract. de virtutibus in genere disput. 22. artie. 10. per tot. & Corollariè sub nu. 285 & seqq.* vbi aduertit omnia Spei signa ex actibus eiusdem Spei imperatis, non elicitis, concludi, quia eliciti interni, & spirituales sunt, & per externos manifestantur, omniaque signa Spei esse etiam signa Fidei, à qua, & Spes, & Charitas, & omnis alia Christiana virtus dirigitur.

In Hieronymo autem adfuisse exactissimam Diuinæ, & Ecclesiasticæ legis obseruantiam, & Euangelicorum consiliorum custodiam satis superque fuit probatum ex supradeductis in articulo Fidei, & deducendis in sequenti de Charitate; sed habemus etiam speciales actus Spei imperatos concludentes heroicatem, & magnitudinem illius.

Primus resultat ex miraculosa liberatione à carcere Castri noui iam supra narrata, pro qua impetranda heroicitas, & magnitudo spei in Deo imperauit Hieronymo recursum cum vera fide, ad intercessionem immaculatæ Genitricis illius. Et cum petitam admirabilis libertatis obtinuerit gratiam, quam sine vera, magna, & heroica fide certe non impetrasset, & Spes consequatur ad Fidem, quia statim ac quis per fidem promissiones firmitèr credit, statim etiam in spei latitudinem impetu fidei ingreditur, & hinc Apostolus ad Hebreos 11. Fidem Theologalem diffiniens, *asserit esse sperandarum substantia rerum &c.* Con-

sequens est, ut dum fides in nostro Seruo Dei fuit magna, & heroica, etiam tatis debuerit esse Spes.

Secundus actus imperatus ab heroica Spe fuit generosa recusatio, & contempus ingentium pecuniarum sibi transmissarum à Duce Mediolani. Nam cum ad eam Urbem peruenisset Hieronymus cum multis Orphanis collectis per Dioecesim, Franciscus Sfortia tunc Dux obtulit, & cum effectu transmisit in eleemosynam magnam quantitatem auri, quæ fuit recusata cum sola spe Diuinæ prouidentiae, quam timebat diminuendam in se, & suis Orphanis, si defecisset, vel decreuisset necessitas, ut ex testibus, & Historijs *Summario pag. 13. 14.* sciebat enim bonum esse confidere, & sperare in Domino, quam in hominibus, atque Principibus, ut cecinit Regius Propheta *Psal. 117.*

Tertius euidentissimè apparuit in profusa liberalitate ergà Pauperes, in quos iuxta Euangelicum consil. *Matth. 19.* erogauit omnia, quæ possidebat, ut posset facilius sequi Christum Iesum, sciens quærenti Regnum Dei nil posse deficere, dicente Christo Domino apud *Matth. cap. 6. Primum querite Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur uobis.*

Quartus mirabiliter elucet in Epistola eiusdem Hieronymi scripta ad suos Consocios in Vineâ Domini, in qua omnes animat ad veram spem, & fiduciam in Domino, ut *disso numer. 4. pag. 14.* & de italico sermone in latinum translata extat per extensum in relatione, & voto Auditorum Rotæ *fol. 8. num. 19. in tit. de Spe.*

Quintus tandem fuit duobus præclaris Dei testimonijs miraculosè comprobatus. Primò scilicet cum aqua de monte (quem Hieronymus ad feruentiores orationes, & strictiorem pœnitentiam elegerat pro Eremito) ad solas preces eiusdem emanauit, & secundo cum tribus solis panibus Diuina prouidentia multiplicatis, magnam quantitatem Orphanorum satiauit, ut testantur dicti Auditores Rotæ fuisse probatum per plures testes specificatos in eorum relatione, & voto impresso, *fol. 29. 30. num. 71. 76.* Huiusmodi autem miracula non potuerunt absque heroica Spe euenire, ut exemplificat, & comprobat Reuerendissimus Laurea *supra cit. tract. de Virtutibus, disputat. 22. art. 10. sub numer. 26. in fine,* sub nota marginali Spes heroica in patrans miraculum.

## De Charitate.

**C**haritas, ordine generationis inter Theologales Virtutes tertia, præsupponit Fidem, & Spem, sed est eis perfectior, ut testatur Apostolus *1. ad Corinth. 13.*, & ideo ab ea omnes aliæ virtutes imperantur, & graduationem valoris in suis actibus desumunt, quia ut *August. lib. de Gratia Christi cap. 29. Vbi non est dilectio, nullum bonum opus operatur,* nec rectè bonum opus vocatur, dum omne, quod ex fide non est, peccatum est, & fides per dilectionem operatur. Diffinitur autem Charitas à Diuo Thoma relato per Reuerendissimum Matram de Canonizatione *par. 2. cap. 5. num. 3. Rectissima animi affectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus per Deum,* ut etiam diffusius in relatione Rotali *tit. de Charitate fol 9.* vbi describuntur summarie effectus heroicæ charitatis in Deum, & proximum, ex eisdem verbis *textus in cap. Charitas col. 1. de pœnitentia distinct. 2.* quod scilicet si Charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis

omnibus abundatus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera, etiam cum dilectione perficimus &c. Huiusmodi autem effectus produxisse in Hieronymo ardentem Charitatem, qua flagrauit erga Deum, & proximum ostendetur ex sequentibus, & Primo.

## De Charitate in Deum.

**F**requentissimam dilectionem Hieronymi erga Deum desumit, & Canonizat dicta Relatio Rotalis.

Primò ex testibus relatis in titulo de Charitate in Deum *fol. 10. num. 24.* qui dantur in *Summario n. 5. pag. 15.* deponentes Hieronymum fuisse plenum Charitate in Deum, reddentes rationem ex bonis operibus, quibus assidue, & ad extremum vitæ spiritum vacauit, ac virtutibus in progressu relationis ponderatis. Item ex alijs testibus datis *num. 2.* deponentibus quantumhic Seruus Dei laborauit, & desiderauit, vt mandata, & consilia Diuinæ legis seruaret, & custodiret.

Secundò ex odio, quo prosequabatur Hæreticos, & Ecclesiæ inimicos, vt ex dicto eiusdem Serui Dei deponit septimus testis in processu Mediolanensi datus *Summario num. 3. pag. 3.* increpabat enim acriter ludis deditos, & festa Deo solemnia Choreis profanantes, ac multò ardentius blasphemantes, vt in vita eiusdem Hieronymi refert Turtura *Summario num. 5. pag. 15.* qui ex Seniorum Somaschensium traditione insigne factum de duobus Fratribus inter Conuicia blasphemantibus elegantè narrando recenset, quomodo dictus Seruus Dei ad eos retrahendos ab horrendis blasphemijs, ac ad fraternum amorem conciliandos, ac ab vitione Diuina liberandos, orans genuflexus proprium os luto infecerit, dentibus carpsit, toto ore coenum versauerit, manducauerit, & dentibus triuerit, donec obdurata pectora dictorum Fratrum fuerunt emollita, & seposita ira, sublata rixa, & non sine mutuis lacrymis, ac gaudio facta reconciliatione, in fraternam consuetudinem redierunt, prout latius refertur Historia in eadem relatione Rotali *fol. 10. num. 25. in tit. de Charitate in Deum.*

Ad eundem zelum, quo amantissimus Dei Seruus offensionem Diuinæ occurrere cupiebat, pertinet etiam cura, quam in peccatoribus, & meretricibus conuertendis sedulo impendebat, vt deponunt testes dati *num. 5. pag. 17. 18. 33; 41. & num. 9. pag. 62.* Historici.

Tertiò perfectam Hieronymi Charitatem in Deum desumit dicta Rotalis Relatio, ex quo ipse gentilitiæ Nobilitatis commoda, & honores, diuitiasque reiecit, ac spiritualis, & austerioris vitæ institutum amplexus, in ediam, vigiliis, labores, afflictionem corporis, ac cætera huiusmodi inferius ponderanda dilexit, quæ gradus esse ad perfectionem Charitatis in Deo: obtinendam optimè comprobant dicta relatio, *fol. 11. num. 23. & Summarium num. 5. pag. 19. 20.*

Quartò. Ex ardentissimo illo desiderio reformationis morum in Ecclesia Dei, pro qua deprecabatur assidue, composita particularis orationis formula in hæc planè verba; *Domine IESV Christe rogamus te, pro infusa bonitate, vt totam Christianitatem reformes, & dirigas ad eam normam Sanctitatis, quæ floruit temporibus Apostolorum tuorum,* quæ orationis formula in hunc vsque diem retinetur, & hodiè etiam recitatur per Orphanos viuentes in Orphanotrophijs ab ipso Seruo Dei erectis, vt in ipsius vita testantur Albanus *Summario num. 2. pag. 5.* & Hieronymus Molfeta *num. 5. pag. 39.*

in quibus omnibus bene perpenſis, aliſſque notandis in ſequentibus Virtutibus Cardinalibus, earumque annexis, euidenter apparet, heroicam Charitatem erga Deum induxiſſe in Hieronymo decem effectus, in quos ipſa Charitas prorumpit ex donis Intellectus, Sapientiae, & Timoris, enumeratos, & explicatos à Reuerendiſſimo Magiſtro Laurea, ſapientato tract. de Virtutibus diſput. 22. artic. 11. ex nu. 292. & ſeqq. ſcilicet Primò languere vtiliter propter Deum, id eſt ſenſibilia relinquere, & à vitijs abſtinere; Secundò inceſſanter Deum quæ- rere; Tertio in deſinenter propter eum operari; Quarto inſatigabiliter ſubſtinere. Quintò Deum impaſionter appetere. Sextò ad eum veloci- ter currere. Septimò vehementer audere: Octauò irremiſſibiliter illum ſtringere. Nonò ſuauius ardere, & Decimò Deo totaliter aſſi- milari, quos omnes heroicæ Charitatis in Deum effectus fuiſſe in Hieronymo comprobant omnia eius opera, & geſta ſupra relata, & inferius referenda.

## De Charitate in Proximum.

**E**rga Proximum Charitas in Hieronymo non ſolum fuit heroica, & ardentiffima, ſed imò ſui Principatus regiam in eo collocauit, vt optimè comprobat dicta relatio Rotalis titulo de Charitate in Proximum fol. 12. num. 30. referendo plures, & diuerſos actus Charitatis huiusmodi, &

Primò quomodo peccatores ad viam ſalutis ſollicito Studio, & Charitate reuocauerit, præſertim mulieres impudicas, quarum innumeras ad Deum per penitentiam reduxit, ita vt primus omnium Conuentus integros penitentium mulierum huiusmodi Bergomi, & Cremonæ intra Monasteria recluſerit, vt deponunt teſtes in eadem relatione citati, & dati in Summario pag. 17. 18. 40. & quod hoc alienæ ſalutis deſiderio tenebatur Hieronymus non ſolum erga ſingulos, ſed etiam erga vniuerſos Chriſtifideles, quos (compoſita ad id particulari oratione ſupra relata in Articulo Charitatis erga Deum) cupiebat ardentiffimè reformari, prout erat tempore Apoſtolorum.

Secundò quia inſigni, & exemplari Charitate vniuerſas Patrimonij ſui facultates diſtribuerit in pauperes Ciuitatis Venetæ anno 1528., & ſequenti occasione Peſtis, & Famis tunc ſeuiffimè graſſantium, vt in proceſſu Mediolanen deponit quartus Teſtis, Summario nu. 5. pag. 18. In Papien Primus teſtis Summario num. 5. fol. 19. qui ſubdit fuiſſe hinc Hieronymo inſaniæ notam ab hominum ſtulticia irrogatam, & in Veneto Primus, & tertius teſtis Summario pag. 19. & quartus pag. 20. qui de auditu à Nepte eiusdem Hieronymi referunt adeò profuſam illius in pauperes liberalitatem, vt aliquando non habens pecuniam, dederit proprium Sudariolum, ac Cingulum ipſum thecis argenteis ornatum, quo Patricij utebantur, ita vt Cognati, & coniu- gi id traherent in ſtulticiam.

Item quomodo eadem Charitate non ſolum languentes inuiſeret, ad Sacramentorum medelam hortaretur, & mortem libenter excipien- dam animaret, vt in proceſſu Mediolanen, vigefimus nonus Teſtis, Summario num. 5. pag. 15. Papien. ſecundus Teſtis pag. 20. & Albanus in eius Vita fol. 21. ſed deſunctorum Cadavera proprijs humeris ſu- blata ſepultura traderet, vt in dicto proceſſu Mediolanen, dictus vi- geſimus nonus Teſtis ſuper 15. pag. 16. & primus in proceſſu Brixien Summario num. 5. pag. 31. Et quartus iuxta ſextum pag. 18. & concor-

dat Albanus loco citato pag. 21. & Spatafora in oratione habita profunere Ducis Venetiarum *Summario num. 5. pag. 31.* adeo ut cum anno 1537. iterum pestis Bergomen. ditionem depopularetur inter eadem pietatis officia pestilenti morbo correptus Hieronymus apud Somascham obierit, vt ex eisdem testibus *Summario pag. 15. 31.* & Albanus in eius Vita *Summario num. 14. pag. 83.*

Tertio ponderat dicta Relatio *fol. 13. sub num. 32.* præcipuam Hieronymi ex peculiari veluti Instituto Charitatem erga Orphanos, & pueros derelictos in maxima quantitate, occasione tunc sæuientis pestis, & famis post crudelia bella in miseris Gallix Cisalpinæ Ciuitatis, quorum Orphanorum, & derelictorum puerorum misertus Dei Seruus cœpit ipsos inquirere, in vnum colligere, fidei rudimentis, ac morum honestate, & virtutum ornamentis imbueret, victumque pro illis, & se ipso parare partim opificio artis, cui vna cum illis ipse quoque vacabat, & partim elemosynis, quas erecto Crucis vexillo vna cum ipsis pueris in eadem Ciuitate Veneta etiam ostiatum quætebat, vt deponunt Testes *Summario num. 5. pag. 15. & seqq.*

Nec Venetijs solum immensa Hieronymi Charitas in istos pauperes contineri potuit, sed ad alias Ciuitates fecunda propagatione dilatata est, nempe Mediolanum, Comum, Bergomum, Papiam, Brixiam, & Veronam, in quibus ad pij operis conseruationem, & incrementum quamplurima Orphanatrophia eiusdem Serui Dei Charitate, & opera fundata sunt, vt testantur *fel. record. Paulus Terrius in litteris Confirmationis eorum anno 1540.*, in quibus Hieronymi Charitas commendatur, prout in copia *Summario num. 5. pag. 33.*, & specificè deponunt in Processu Papiensi secundus Testis *Summario nu. 5. pag. 41.* In Mediolanensi Primus iuxta sextum *pag. 42.* & secundus iuxta quartum *pag. 33.* quartus iuxta sextum *pag. 18.* sextus iuxta sextum *pag. 34.* &c. & alij eodem *num. 5. & alibi.*

Quarto. Extollit ipsa Relatio Rotalis *fol. 13. sub num. 34.* paternam Hieronymi in suos pauperes dilectionem ex eo quod panem ex piorum elemosynis recollectum deteriozem pro se segregabat, meliorem vero in ipsos pauperes erogabat, vt ex testibus *Summario pag. 45.* Tum quia proprijs manibus puerorum capita porrigine corrupta, atque fontentia purgabat, excussa sanie, assiduaque medicamentorum applicatione curabat, vt de visu, traditione à maioribus, ac publica voce, & fama deponunt testes *summario num. 5. pag. 41. 42.* Et Euangelista de Dorate in vita manuscripta, registrata in processu Papiensi *fol. 13. summario pag. 41. 42.*

Quinto. Tandem desumit eadem Relatio *sub num. 35.* præcipuum, ac insigne Charitatis Hieronymi in eosdem pauperes argumentum ex laudabili prouidentia, qua non presentibus tantum, sed futuris prospiciens Charitatis operibus erga pauperes, & proximum, primarijs viris non diuitijs minus, quam auctoritate conspicuis in vnum collectis anno 1527. non tam Charitatis in pauperes, quam fidelium reformationis intuitu, fundamenta Somascheni Congregationis iecit, cui Instituta præscripsit, vt non solum communi Regularium more in Ecclesijs illius alumni Sacra facerent, Diuina officia alternantibus modulibus decantarent, Fidelibus Sacramenta administrarent, ac verbum Dei annunciarent, sed non tantum præclare indolis Adolescentes in Seminarijs Academijs, & Conuictorum Collegijs pietate, ac Religione informarent, bonis moribus instituerent; verum longè vttiliori perfectioris Charitatis instituto paruulos Orphanos, & derelictos in vnum colligerent, Xenodochia, & Orphanatrophia eorum vsui erige-

rent, ac eorum animos Christianis Virtutibus exornarent, ac tenellæ adhuc ætati Catholicæ Fidei rudimenta, Diuinæque Legis præcepta instillarent, & denique eosdem varijs artibus, & opificijs ad vitæ sustentamentum instruerent, prout de Congregationis huiusmodi fundatione deponunt Testes *Summaris pag. 42. 43.* & concordant Historiæ editæ super Vita ipsius Hieronymi nempe Siluester Merulus, Paulus Morigia, Hieronymus Mofceta, & alij allati *Summaris pag. 37. 38. 39.* Albanus, Stella, & Turtura in vita Serui Dei.

## De Virtutibus Cardinalibus, & Primò de Prudentia.

**C**ardinalium Virtutum connexitatem cum Charitate, earumque possessionis, & exercitij in Seruis Dei necessitatem ad perfectæ sanctitatis ædificium integrandum satis explicat nostra Regalis Relatio sub hoc titulo *fol. 15. ubi sub num. 36.* comprobat eluxisse abundantè in Hieronymo Prudentiam non solum ante suam conuersionem ad Dominum, quo tempore in gloriosam suæ prudentiæ laudem in Reipublicæ administratione antonomasticam magni Capitis denominationem apud cæteros sapientissimos Patres suis assecutus. vt deponunt Testes, & Historiæ *Summario num. 6. pag. 44.* sed in admirabili sui ipsius conuersione ad Deum, postquam redimens poenitentia, & bonis operibus amissum tempus in mundo illecebris, & vanitatibus, religiosissimam, & perfectissimam vitam suscepit, & continuauit vsque ad obitum. Vera enim, & perfecta prudentia est, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè consiliatur, iudicat, & præcipit intentiones omnes, imò, & cogitationes, & præsertim exempla probare vitæ, ac motum Sanctitatem, quibus homo non solum conscientiæ suæ prouideat, sed etiam Proximum bonis exemplis instruat, & demum omnes operationes, & locutiones, & præsertim dolendo, ac poenitendo de peccatis, dirigit, vt ex Sancto Thoma, & Sancto Antonino tradit Reuerendissimus Matta de Canonizatione *par. 2. cap. 7. n. 10. & seqq.*

Prout cum hac Prudentiæ directione processisse Hieronymum post conuersionem constat ex toto tempore, & cursu suæ vitæ, & signanter dum viris pietate, & sanctitate insignioribus se socium adiungebat, vt eorum instrueretur exemplis, & iuaretur orationibus, eligens primo loco è Canonicorum Lateranensium Ordine Sacerdotem non minus doctum, quam piæ in spirituales ducem, & conscientiæ moderatorem, vt testantur Albanus, Stella, & Turtura in eius Vita *Summario num. 6.*, & deinde Ioannem Petrum Caraffam tunc Archiepiscopum Theatinum, & successiue Pontificem Maximum Polum Quartum, cuius consilio in omnibus penitus se subiciebat, vt ex citato Stella, & Turtura *Summario num. 6. pag. 45.*

Emicuit quoque mirabiliter Hieronymi prudentia in eliminandis ex suo corde vitijs, virtutibusque admittendis, dum ita sibi cum vitijs agendum putauit, vt non omnia simul vnico prælio adoriretur, sed quasi singulorum viribus diuisione imminutis seorsum bellum inferret, contrariæque virtutis artibus interitum moliretur, & cum hoc eius consilio diuersos peccatores eandem vitiorum extirpationem obtinuisse testantur præfati Turtura, Stella, & Albanus *Summario dicta pag. 46. & 47.* & diffusius in dicta Relatione Regali *num. 40.*

Et tandem clarissime apparet in suæ Somaſchenſis Congregationis Or-

dinationibus, & pijs Institutis, pauperumque Orphanorum regimine prout deponunt Testes pag. 47. & 48. recensentes nonnullas ex ipsis Constitutionibus optimo Orphanorum Regimini, & Congregationis profectui, valdè consentaneas, & luculentè comprobant diuersæ Epistolæ ab ipso Seruo Dei scriptæ dicto *Summario num. 6. pag. 48.*, quæ in hunc vsque diem præcipua veneratione asseruantur, vt asserit in Processu Mediolanen. vigesimus Testis super 16. *Summario numer. 6. pag. 49. & 27. pag. 47.*

## De Iustitia.

**I**ustitiam, cuius definitionem, & partes sufficientè explicat eadem Rotalis Relatio sub hoc titulo fol. 18. non defuisse in Hieronymo etiam in sublimi, & heroico gradu affirmat eadem relatio sub num. 43. ubi ponderat, quod dictus Seruus Dei primam adolescentiam feruenti in Patriam Charitati, eiusdem defensionem, atque tutelæ in Equestri militia dicitur, vt testatur Albanus, & Stella *Summario numer. 7. pag. 49. 50.* & Fortaligio Castri noui Prætor deputatus à Senatu, ad potentissimi hostis instantiam, & mortales minas, ut Castro excederet, generosè respondit, se deuotum caput habere libertati Patriæ, & proinde vita potius, quam loco cessurum, prout facto comprobauit, vt refert dictus Turtura, & Stella *Summario num. 7. pag. 50. 51.*

Eandem insignem Iustitiam funder accurata diligentia, & Innocentia, qua tutelam, & facultates Nepotum varijs in locis existentes administrauit, & auxit, vt ex præfatis Turtura, Stella, & Albano *Summario pag. 52.* & Testibus pag. 53. Huiusmodi autem Innocentiæ fidem, & testimonium perhibet liberalitas illa, qua omnes suas facultates in pauperes distribuit, vt supra ostensum est in titulo de Charitate; ita ut in Hieronymo ad aptetur ad amissum illud Regis Prophætæ *Psal. 111. Dispersit dedit pauperibus: Iustitia eius manet in seculum seculi.*

Et demum præmissis addi potest exacta illa Iustitiæ distributiæ ratio, quam erga pauperes suos seruauit Hieronymus, dum existimans panem à se pro ipsis emendicatum ex Iustitiæ præcepto eisdem deberi, deteriore, ac mucidum, ipse manducabat, & meliorem tamquam suis parulis destinatum, eisdem erogabat, vt ex testibus, *Summario pag. 53.*

## De Fortitudine.

**F**ortitudo, quæ in corpore animi firmitatem imporrat, & versatur circa ardua, & terribilia, & facit, vt animus, nec præter timendo, nec temerè audendo desinat à bono opere, & cuius partes integrales, quoad actum ingrediendi, sunt fiducia, & magnificentia, quæ verò ad actum sustinendi patientia, & perseverantia, vt ex Diuo Thoma, & S. Augustino explicat eadem Rotalis Relatio sub hoc titulo fol. 19. fuit pariter insignis in Hieronymo, qui pubertatis spatia vix egressus spontè se equestri militiæ adscripsit, rejiciendo non solum omnem timorem temporalium malorum prouenientium ex militari duritia, sed fortiter, & generosè subeundo perpetua mortis pericula in bello assidue imminentia, prout tunc hanc animi firmitatem præcipuè contestatus est, cum in Castri noui Præfectura intentatas ab Hostibus minas impauido rejiciens corde, legatis deditionem sollicitantibus respondit, se Caput saluti Patriæ deuouisse; Huiusmodi autè actus præferentes fiduciâ, & magnificentiam in ingressu militiæ, ac patientiam, & perseverantiam



tiam in progressu, etiã patrat ante ipsius conversionem, confirmant laudabilem fortitudinem in Hieronymi animo domicilium habuisse, ve in terminis ex Diuo Ambrosio firmat *Relatio Rotalis sub num. 44.*

Sed maiora perfectioris fortitudinis argumenta suggerunt in nostro Seruo Dei labores assidui inter insignia pietatis officia ad mortem vsque exantlanti in infirmorum curatione, defunctorum sepultura cum propria humeris delatione, necnon itineribus fortissimo animo, diu, noctuque susceptis pro colligendis orphanis, pro meretricibus, ac peccatoribus conuertendis, ac eisdem alendis, & certis ædibus locandis, *ve in eadem Relatione Rotali num. 45.*

Antonius de Ondeis pari modo examinatus eodem anno fuit solùm compulsatus in eodem Somaſchen. fol. 62. & adhibetur Summario pag. 235. & alibi.

6  
 Soror Sara Barbara fuit exam. 11ta de anno 1614. auctoritate ordinaria vnà cum alijs Monialibus, quarum depositiones compulsaræ fuerunt in Veneto fol. 38. tergo, cum seqq. cum protestatione Postulatorum de ijs repeten. quod de hac non fuit factum, & adhibetur *Summario pag. 40. & alibi.*

Bartholomæus Caserottus fuit itidem examinatus de anno 1614. à Vicario Foraneo Subdelegato per Vicarium Generalem Brixiz, nec repetitus, sed solum compulsatus in Processu Brixien. fol. 24. tergo, & datur in *Summario pag. 69.*

Augustinus Valerius fuit examinatus auctoritate ordinaria eodem anno 1614. & solum compulsatus in Processu Papien. fol. 14. tergo, & passim eo vtuntur Postulatores in *Summario pag. 19. 43. & 79.*

Tandem Marinus de Marinis fuit paritè examinatus auctoritate ordinaria eodem anno 1614. & compulsatus in Processu Papien. fol. 17. & adhibetur *Summario pag. 20. 40. & 70.*

Hi autem testes ad effectum de quo agitur, non attenduntur absque speciali Indulto Sedis Apostolicæ, & tunc solum stant adminiculariùe, quemadmodum simile Indultum fuit concessum in causis Iaponen. declarationis martyrij P. Caroli Spinulæ, & aliorum, Segoben. B. Ioannis à Cruce, Limana B. Francisci Solani, & Beati Turribij. Præsertim quia non fuit adhuc discussum in Sac. Congregatione eorum rituale examen, vt mandant Decreta Sanctissimæ Inquisitionis pag. 53.

Aliqui verò testes non sunt attendendi tanquàm nimis animosè deponentes contra facti veritatem, vt in Bergomen. primus, & tertius, & in Mediolanen. quartus supponentes erogationem totius Patrimonij *Summ. pag. 17. 18. & 41.* Hoc etenim in facto non subsistere superius ostensum fuit in secundo Statu S. Quinimò nec cito, nec post. In Bergomen. nonus iuxta 13. articulum ait -- *Sà che usci di prigione con li ferri à piedi &c.* reddens rationem scienciæ, *losà tutto il Mondo;* d. Proc. fol. 38 tergo, & 39. Contrarium autem, quod exierit à compedibus solutus asserunt omnes alij superius relati S. Est aduertendum cum seq. In Mediolanen. sextus, & 21. deponunt de fundatione Religionis anno 1528. *Summ. pag. 34. 42. & 43.* contra Constitutiones, vt in libro signato C. Proc. Papien. fol. 24. tergo, & 25. & *Summario pag. 39.* & de annis 1532. & 1533. loquitur 18. testis in Mediolanen. iuxta sextum fol. 75, tergo, ibi -- *Hà ancora fondato Congregatione di Regolari, e la prima fù la Somasca, dove io sono Preposito, e credo fu l'anno 1532. ouero 1533. per quau' hò inteso dalli vecchi di Somasca &c.* In Bergomen. secundus, & in Mediolanen. 26. & 29. deponunt de victu Serui Dei in solo pane, & aqua *Summario pag. 71. & 59.* idque non habere fundamentum probatur ex alijs testibus, vt infra agendo de temperantia, S. Temperantia. In Veneto primus deponit omnès de Castro nouò liberatos fuisse præter Seruum Dei dicto P. oc. fol. 90. quod est contra veritatem, dum Albanus de hac obsidione agens, & præcisè de miraculosa liberatione Serui Dei dicit -- *Al fine dopò molti assalti, venne in mano de Tedeschi quali non perdonando ad età, tagliaruo tutti à pezzi e fatto prigione il Governatore, e messogli li coppì ai piedi,* *Summ. pag. 11.* & in alio etiam dictus testis deponit contra veritatem, asserens Seruum Dei fuisse à vinculis solutum sine clauis *Summario pag. 7.* quod est contra omnes alios dicentes, datam fuisse clauem à Sanctissima Virgine pro compedibus aperiendis eodem *Summario pag. 6.*

7

pag. 6. & 7. In eodem Veneto secundus ait, Seruum Dei fuisse obiter missum ad Castrum, non ex decreto Senatus fol. 100. tergo, in quo aduersatur Albano *Summ. pag. 10.* & alijs testibus dicentibus, d. Castrum fuisse illi datum ob strenuam defensionem antea factam. Ponderandum est pariter, quod inter testes adsunt plures Mulieres, quæ reportari non possunt integræ fidei, vt tradunt *Alexan. conf. 70. num. 14. vers. sed ita est lib. 2. Cepoll. conf. crimin. 30. num. 2. vers. Primo fuerant, Gozadin. conf. 76. n. 6. Cranes. conf. 99. n. 5.* cum alijs per *Farin. de testib. quæst. 59. cas. 2. num. 38.* vbi affirmat hanc conclusionem esse veram in causis ciuilibus arduis, qualis profectò est causa Canonizationis, & in his terminis *Casbellin. de Canonization. part. 3. Propos. 4. pag. 106.* Præsertim verò dùm non agitur de gestis intra septa Monasterij, quo casu ob difficultatem habendi probationes aliunde feminæ, quandoque fuerunt admixtæ.

Et generalitèr cum nullus ex testibus ob temporis antiquitatem possit esse de visu, constituere non possunt aliquem probationis gradum, nisi vel sint de auditu à testibus de visu, nec sint singulares, & diuersi in Authoribus, à quibus audierunt iuxta *Glos. in cap. licet ex quadam verb. ab uno vers.* Et si plures essent testes de test., & pluribus alleg. tenet *Farinat. eod. tractat. quæst. 69. n. 87.* vel deponant de publica voce, & fama, & de auditu à maioribus cum suis requisitis, quam probationis speciem licèt admiserint Auditores Rotæ in eorum Relatione num. 8. in fine, dum agitur de factis antiquissimis vltra centum annos, dubium remanet, an hæc difficultas probandi propter antiquitatem tribuenda sit negligentiz Postulatorum, qui non curauerunt Processus citius fabricari facere, prout de facili poterant, ex quo de eodem tempore non aderant decreta præscribentia certam formam, nec debebant expectare ferè per seculum, prout fecerunt, vnde applicari videtur doctrinæ *Abb. in cap. inter dilectos n. 6. in fin. de fid. Instrum.* dicentis, regulam, quod in factis antiquis, quæ sui natura non possunt aliàs probari, nisi per famam, ea multum operatur, non procedere in ijs, quæ sui natura potuissent benè probari, licèt per negligentiam partis probatio propter antiquitatem sit facta difficilis: Rursus dubitari potest, an concurrant sufficientèr requisita, quæ sunt, vt testes sint omni exceptione maiores, & deponant super quolibet articulo, non autem super vltimo tantum, fuisse, & esse de hoc famam publicam, nominando authores iuxta celebrem *Glos. in cap. 1. verb. memoriam de prescription. in 6. Hostien. in cap. quid per nonale col. 1. vers. Nam & privilegiatus de verb. significat.* vbi distinctè ponit omnia supradicta requisita, & post alios *Gabriel. de prescription. conclus. 1. num. 81. & 85. cum seqq.* Vnde percurrendo Summarium non erit difficile recognoscere, an sufficientèr testes satisfecerint.

Quo verò ad Scripturas videretur fieri posse aliquod fundamentum, in Epistola missua Vicarij Generalis Bergomi, quæ asseritur scripta anno 1537. & datur in *Summar. num. 2. pag. 5.* in qua plura habentur notatu digna. Verùm ea non exhibetur originalitèr, sed vti relata ab Albano in vita Serui Dei fol. 24. vnde parum, aut nihil facit.

Prout nec meretur fidem adnotatio, quod anno 1535. Seruus Dei exerit Scholâ in Ciuitate Comen. pro custodiendis pauperibus pueris, erga quos exercebat omnia opera pietatis, cum sit scriptura priuata, & informis desumpta ex priuato libro rerum notabilium scripto à quodam Viro Nobili eiusdem Ciuitatis Comen. *Summar. pag. 36.* & Processu Mediolanen. fol. 377.

8  
Instrumentum autem anni 1532. productum in Processu Bergomen.  
fol. 43. à tergo & registratum in *Summ.* pag. 36. esset alicuius releuan-  
tiae tanquam scriptura publica, in qua narratur, quod de anno 1532.  
Seruus Dei collegerat in dicta Civitate Orphanos mendicantes, qui  
vagabantur sine aliqua custodia, ad finem, ut illos instrui faceret cir-  
ca bonos mores, & rogavit Episcopum, ut prouideret de opportu-  
no loco, prout cum eius autoritate fuit assignatus à Regentibus  
Hospitalis. Verum tale Instrumentum in Processu non est integrè  
registratum, & sistit in sola narrativa, deficiente in totum disposi-  
tiua.

Quamobrem respectu scripturarum probatio restringitur ad Bullam,  
xcl. rec. Pauli III. super confirmatione Hospitalium à Seruo Dei  
constructorum in varijs locis cum honorifica mentione de seruenti  
ipsum charitate, prouida deuotione, ac salubri regimine. *Proc. Pa-  
pien.* fol. 21. & *Summ.* pag. 33.

Nec non aliqua vis fieri potest in Bulla Beati Pij V. confirmatoria do-  
nationis per Diuum Carolum factae Congregationi Somaescae de  
Ecclesia S. Maioli Papien cum assertione quod eidem Congregatio-  
ni dederat initium (sunt verba praecisa) *Hieronymus Aemilianus olim  
Patritius Venetus Vir eximia pietatis insignis, Spirito Sancto, ut pie cre-  
ditur, afflatus &c.* *Proc. Papien* fol. 22. à tergo.

Item in tribus Epistolis Serui Dei propria eius manu, ut asseritur, scri-  
ptis, extractis ex Archivo Collegij Sancti Maioli Papien, absque  
tamèn recognitione characteris, cum solum in extractione dicatur. -  
*Vi si sono trouate tre lettere inuolte in un cendale rosso, e poste in una sca-  
tola foderata dell' idesso, sopra la quale si vede scritto. ut infra - Tre let-  
tere del Beato Padre Girolamo Miami scritte di proprio pugno, delle qua-  
li lettere se ne fa mentione nell'inventario del sudetto Archivo dicto*  
*Proc. Papien* fol. 21. De quarum tamèn releuantia aliquid dicetur.  
Et generalitèr potest aduerti, prout ipse Seruus Dei in vna ex praef-  
atis Epistolis dicebat - *Non bisogna parlare con lettere morte, come le  
mie lettere, mà bisogna orare &c.* dicto *Proc.* fol. 28.

Et tandèm considerari possunt Constitutiones editae in vim facultatis  
obtenitae à xcl. rec. Paulo Tertio in supracitata Bulla, in quibus (qua-  
tenus essent antiquae, & paulo post dictam Bullam editae, quod gno-  
ro, dùm in Processu Papien, in quo fuerunt registrata nonnullae,  
*Capitola* pag. 24. à tergo tempus non exprimitur) non immeritò cõ-  
stitui posset aliquod fundamentum, dùm compendiosè narratur vi-  
ta, & mors Serui Dei.

His praehabitis, deneniendo ad actus particulares Virtutum, quibus  
asseritur, Vitam Serui Dei fuisse in hoc tertio statu illustratam.

Quoad fidem, tam in Relatione Auditorum Rotae pag. 6. & 7. quam  
in Informatione pag. 4. cum seqq. non reperiuntur recensiti actus he-  
roici, & valde singulares, sed communes, & propriij omnium Reli-  
giosorum, quales sunt, Pueros docere, blasphemantes corripere,  
odio prosequi hereticos, ceterosque Catholicæ fidei hostes &c.  
quique magis conueniunt charitati erga Deum, & proximum, &  
professioni, quam Seruus Dei uti Religiosus, & Religiosæ familiae  
fundator exercebat.

Quoad spem, ut demonstraretur heroica, dantur in *Summ.* num. 4. eroga-  
tio totius Patrimonij in Pauperes, & refutatio pecuniarum Seruo  
Dei oblatarum à Duce Mediolani, de quibus pag. 13. 14. & 15.  
At erogationem Patrimonij iam incertam ostendi, & circa illam fal-  
li potuisse testes: Cumque iidem deducantur ad probandam dictam

pecu-

pecuniarum refutationem pag. 13. & 14. utique concurrat idem defectus probationis. Nec vis facienda in literis Serui Dei, quia in eis videtur quidem illum habuisse magnam spem, & confidentiam in Deum, sed in verbis, non autem in exercitio, quod requiritur ad hunc effectum, S. Augustin. lib. 2. cap. 19. & in Psalm. 71. vers. Excellenti Sanctitate, S. Hilar. in Matth. cap. 5. vers. tibi lumina; Et ipsemet Seruus Dei hoc bene agnouit, ut superius ponderaui §. Et eandem super tribus literis in fine.

Ceterum ut bene insinuauit D. Causæ Patronus in Informatione §. Omisso, prædicta non obsunt quando satis probati remaneant actus charitatis in Deum, & Proximum.

Hæc autem Charitas probari prætenditur ex pluribus, sed præcipuè ex fundatione Congregationis Somaschæ; Nec non ex fundatione plurium locorum pro Orphanorum receptione, Meretricum reductione, curaque Infirmorum. Quos sanè actus maximam redolere Charitatem erga Deum, & Proximum videtur satis clarum, perpenfa maximè qualitate Serui Dei, Viri Nobilis, nec non attenta qualitate Personarum, circa quas illi respectiuè actus exercebantur, dum erant viles, pauperes, & rudes; Et denique consideratis modis, ac circumstantijs, quibus Seruus Dei tales actus exercebat, nempe Orphanos mundando ab impetigine, hæc etiam lingendo, sibi que foetidum panem ad cibum reseruando, & Orphanis dispensando meliorem, ut 18. & 20. Testes in Mediolanen. Sum. pag. 17. 22. & 40.

At ultra defectum concludentis probationis superius animaduersum, huiusmodi fundationes alijs pijs personis tribuit Petrus Lippomanus Episcopus Bergomensis in quibusdam suis literis patentibus expeditis anno 1538. & sic elapso vix anno ab obitu Serui Dei, de quibus in Processu Bergomen. fol. 42. obseruando, quod in eis recenserentur nomina eorum, qui prædicta pietatis officia exercebant, ac promovebant, nulla habita mentione de Seruo Dei, & quamuis ille obiisset anno præcedenti, nihil tamèn dicitur, quod ipse dedisset initium talibus operibus pijs, sed ipsidem solùm tribuitur meritum de eo, quod hætenus actum fuerat, ibi - *Non ignari quantum pijs operis per vos in Civitate, & Diocesi nostra Bergomen. in loco Somascha, & in alijs etiam locis hætenus actum, & in diebus magis, dante Domino, exerceri debere confidatur*: Fuitque in iisdem literis data licentia Superiorem assumendi perpetuum, vel ad tempus, qui Caput esset totius Congregationis, Vndè clarè colligitur eam vsque tunc non fuisse fundatam: Et mirandum est valdè, quod si Seruus Dei Hieronymus verè tot, & talia fecisset pro instituenda huiusmodi Congregatione, ac pro beneficio pauperum, & in eorum seruitio pestilentiali morbo correptus decessisset, nullam de ipso fecisset mentionem Episcopus prædictus, præsertim dum mors illius contigerat anno præcedenti.

Videndum tamèn erit, an huic argumento præponderent literæ Apostolicæ Pauli Tertij, & Beati Pij, nec non Constitutiones in vim facultatis Apostolicæ postmodum pro stabilimento Congregationis editæ, in quibus habetur mentio admodò honorifica de Seruo Dei, tanquam de fundamento, & Capite, quod initium dedit huic Instituto.

Exhibetur vterius per Postulatores seruitium præstitum à Seruo Dei affectis pestifera lue, eorumque mortuorum humatio, de quibus 4. 18. & 26. in Mediolanen. Summ. pag. 18. & 22. primus in Brixien. & Scriptores dicta pag. 22. ob quæ seruitia Seruus Dei obiisse deducitur ex Teste 29. in Mediolanen. Summ. pag. 19. & 20.



Neutrum tamèn satis probatum remanet; Nàm dempto quarto in Mediolanen. & primo in Brixien. propter exceptiones superius adnotatas S. Et generaliter respectu humationis remanent tantùm duo de auditu; qui propterea non sufficiunt; respectu verò obitus causati à tali ministerio datur vnicus tantùm, ideoquè probatio remanet omninò imperfecta.

Vis etiam fit in erogatione Patrimonij ad pauperes alendos, quam iam fuit ostensum vel non subsistere, vel esse incertam, vt supra in S. Quinimò nec cito, nec serò.

Circa actus prudentiæ obseruandum est, quod testes non deponunt de actibus positiuis, qui eam conuincant, sed arguunt, & deducunt ex eo, quod Seruus Dei fuerit fundator prædictæ Congregationis, ac locorum piorum, vt 21. *Summ. pag. 47. ibi* — *La sua prudenza si può raccogliere non solo dall'opere da lui fatte, ma ancora dalli buoni ordini, che lasciò, e dalle lettere, che si vedono scritte di sua mano. 27. Summ. pag. 44. & 47. ibi* — *Es ha da considerare, che si come ha hauuto gouerno nella Signoria, & è stato prudentissimo, così sia stato tale nell'altre cose 29. pag. 48. ibi* — *Ho inteso, ch'era prudente nel gouernare la sua Congregatione &c. e tanto si può congetturare &c.* quæ depositio supponit Congregationem Somascam iam creatam de tempore, quo Seruus Dei viuebat, prout supponit 26. pag. 47. ibi — *Fu prudentissimo &c. in gouernare la detta Congregatione Somasca, & instruirlo con pie ammonitioni, e regole &c.* Et tamèn ex supradicta assertione Episcopi Bergomen Congregatio ante ipsius obitum non erat adhuc instituta.

Vtrum verò als. literæ Serui Dei conferant circa prudentiam hereticam, remanet valdè dubium, & diligentèr ponderari merentur, tum ex quo nihil aliud exhibetur ab ipsomet Seruo Dei scriptum, tum etiam ex eo quod non apparet illas examinatas fuisse, prout mandant decreta generalia pag. 54. S. Præterea.

Potissimè autèm ponderanda videtur assertio, quæ habetur in prima ex dictis literis, quod absque fide Christus non potest operari multa miracula Proc. Papien. fol. 26. & *Summ. pag. 14. ibi* — *Senza la qual fede non può fare molti miracoli Christo: Quæ sanè propositio vt potè negans potentiam Christi faciendi miracula sine fide, videtur prima facie periculosa, cum ipse dixerit Ioan. 14. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Aliòquin propter opera ipsa credite, quia nimirum vt ibi explicat Cornel. à lapid. pag. 464. col. 2. Pater operando in me, & per me tot, tantaque miracula, per opera ipsa ostendit se in me habitare, ac per me causa operari, sicut Anima ostendit se esse in corpore per motum, visum, auditum, tactum, aliaque opera vitalia, quæ ipsa per corpus operatur: Et quod dicitur fidei firmitatem præcipuè operari ad miracula facienda, verificatur in ijs miraculis, quæ patrantur à Sanctis; qui operantur in virtute Dei, vt declarat D. Thom. in quæstion. disputat. quæst. 6. de Mirac. art. 9. in conclus. vers. 2. quia Sancti, & concludit in fine num. 19. quod fides non est sufficiens causa ad miracula facienda, sed dispositio quedam, quod etiam superius dixerat, ibi — *Vndè per ipsam fidem homo disponitur ad miracula facienda: Propterea huiusmodi assertio, quod absque fide non possint patrari miracula nullatenus est applicabilis Christo Domino, & miraculis quæ ab eo patrantur.**

Nisi forsàn dicatur quod Seruus Dei verba illa non potest intellexerit pro nolle, quatenus scilicèt ultra ipsius absolutam potentiam non concurreret fides, quemadmodum habetur Marc. 6. in princ. vbi de

Christo Euangelista dicit -- *Et non poterat ibi ullam virtutem facere* &c. quod multi Expōitores intelligunt idest non volebat.

Rursus animosa forsā videtur alia assertio, quod visibilem quandam certitudinem habebat de nonnullis, quæ licet per se sint certa, tamen ex tali modo loquendi videntur ei fuisse reuelata, idque forsā, repugnat prudentiæ, ac humilitati, & dicta verba per extensum videri possunt in dicto Processu Papien. fol. 26. & in Summ. d. pag. 15. in princip.

Eademque animaduersio facienda videtur ad alia verba dictarum litterarum -- *Voglio che tutti mi crediate questa parola, sappiate certo, certo, certo, che la mia partita farà di grand' honore di Dio, e beneficio à quella Compagnia dicto Proc. fol. 26. sergo & Summ. dicta pag. 15.*

Et potest etiam ponderari quod in vltima Epistola confortando Socios dixit -- *Sappiate, ch'io mai v'abbando, &c. e benchè io non sia nella Battaglia con voi nel Campo, stuto il strepito, & alzo nelle Orationi le braccia quanto posso, dicto Proce. fol. 28.*

Iustitiæ verò heroicitas vnice à Postulatoribus deducitur ex eo, quod ipsi sibi panem peiorem reseruabat ad cibum, meliorem Orphanis impartiendo, prout testes dicunt Summ. num. 7. pag. 58. At hic si non est actus contra Iusticiam, saltē est extra Iustitiæ Sphæram, cum ea sit quædam æqualitas secundum Arist. in 5. Et hic.

Quæ exhibentur pro demonstranda heroica fortitudine in Summ. nu. 8. pag. 54. potius pertinere videntur ad Charitatem, vt inibi videri potest.

Temperantia benè elucet insignis ex deductis in Summ. num. 9. pag. 58. siue attendatur quod dicunt testes secundus in Bergomen. fol. 71. in fine -- *Il P. Miari mangiava solo pane, & acqua, 26. in Mediolanen. Che solo viuena di pane, & acqua &c. e che andaua vestito di tela nera &c. Mangiava solo pane del piè maffo, & andaua vestito d'una vesticella di tela, & 33. dicens -- viuena con due oncia di pane, & un'oncia d'acqua il dì, Summ. pag. 59. siue quod alij dicunt quod non semper, sed ferè semper hoc faciebat, vt 21. pag. 58. beuendo quasi sempre acqua 30. pag. 59. Il suo mangiare ordinariamente era pane, & acqua, secundus in Papien. pag. 79. -- douenamo digiunare secondo egli facenaua ogni giorno, ma tre volte la settimana in pane, & acqua. Istaque assertio, quod non quotidie, sed aliquibus diebus Seruus Dei ieiunaret in pane, & aqua est magis verisimilis, reflectendo maximè ad depositionem 31. in Mediolanen. fol. 183. vbi quod Seruus Dei aliquandò bibit vinum ibi -- *Andò à tanare il vino, e diede da bere. & d'essa P. Girolamo, & 39. fol. 23. deponit de comestione piscium, ibi -- fu offerito del pesce, che lo mangiò cotto semplicemente nell'acqua, concurrente insupèr alia circumstantia, quod Seruus Dei utebatur sola tunica, siue linea, vt aiunt in Mediolanen. 26. 29. & 30. Summ. pag. 59. 31. & 40. pag. 71. siue laeæ, vt in Bergomen. primus fol. 38. vbi quod gestabat -- *Vna veste di panno grosso con il pelo lungo un d'otto.***

Difficultas tamèn stat in probatione, nam prædicta iustificantur ex solis testibus, & scriptoribus vitæ, quibus parum esse deferendum, I superius fuit probatum.

Obedientia, & oratio in Summario num. 10. & 11. solum probantur in genere, adeò vt eorum virtutum actus non videantur euehi posse ad heroicis aplcēm, vt in Summ. pag. 73. ad 79.

In Humilitate quidē elucerent actus sublimes, vt mansuetudo, quàm prætulit in alapa sustinenda, & in barbæ dimissione, de quibus in Secundo statu 5. *Quoad secundum statum.* Nec non in vili ministe-

rio, ne dum colligendi, sed mundandi Orphanos à Sordibus ad impetiginem vsque, vt in *S. Venio ad tertium*, sed vis stat in probatio-  
ne, quam inibi ostendi non esse satis.

Vt erit hanc virtutem offuscare videtur quodammodo aliqua species vanagloriæ, quam prætulit Seruus Dei in supradictis literis *Summi num. 12. pag. 69. & 70.* & magis extensè in *Proc. Papien. fol. 26. cum seqq.* & signantèr ibi -- *Habbiamo lauorà tre anni à Venetia publicamente con li poveri derelitti; Dui anni, e questo è il terzo, che habemo lauorato in arte rurale in Milanese, e Bergamasco &c. e Madonna Lodovica sà quanto si fatigassimo &c. e questo vi dico per dirvi, che altri mormora, & hà questo desiderio di parole, e noi habbiamo mostrato il desiderio con i fatti, non bisogna dunque spronare il Cavallo, che corre, &c. & infra vers. fratelli, ibi -- Hò mostrato con fatti, e con parole, che il Sig. fu clarificato in voi per mio mezzo.* Quæ verba videntur opposita humilitati, vt in proposito obseruat *D. Greg. moral. lib. 22. in cap. 31. S. Chrisost. tom. 4. de laud. D. Pauli homil. 5. circa finem vers. grande malum grad. 4. & 6.*

Ponderari etiam potest liber *Constitutionum signatus lit. C.* & compul-  
satus in *Papien. fol. 25.* in quo habetur, quod dum Seruus Dei erat moribundus, & socij adstantes lugerent, dixit -- *Non piangete, imperoche vi giouerò più là, che di qua:* Quæ verba indicant certam æternæ gloriæ consecutionem, de qua non est, qui possit se certum dicere quousque hæc læta, quæ vndiquè faciunt angustias, vasa portantur. Ita concludit *S. Gregor. lib. 6. epist. 22. ibi -- habere ergo in hac vita non debes securitatem S. Thom. 2. 2. quasi. 18. art. 4. S. Concil. sess. 6. cap. 12. S. Francis. de Sales Epist. 23. lib. 2. & Card. Bon. de discret. Spirit. cap. 20. num. 50.* Quamquam non ignorem similia verba dixisse Sanctum Dominicum paulo ante obitum, vt habetur in *lectionibus Breuiarij Ordinis Predicatorum die octaua in lectione prima tertij Nocturni ibi -- Quos intuens Diuinus Vir, voluit, inquit, filij flere, nec vos turbet meus hinc discessus, nam inde, quo proficiscor, vtilior vobis ero, vitæque functus, plura vobis conferam, quam hio à me expectare possitis.*

Tandem quoad paupertatem, & penitentiam negari nequit quia ex deductis in *Summario num. 13. & 14. prope etiam num. 5.* refulgeat herocitas valde singularis: Quibus additur, quod Seruus Dei somnum capiebat super nudo lapide, vt in *Mediolanen. 3. 28. 33. 34. Summar. in pag. 78. & confert etiam 62.* autoritate ordinaria examinatus, qui licet ab alijs discrepet in eo quod lectum esset vnus lapis, dicit tamèn *Summ. pag. 79. -- solena corcarsi sopra d'un letto di sassi ruuidi, aspri, e conici l'uno sopra l'altro senza ragione di fabrica, e senza calce, & io più volte hò veduto l'asprezza di quel luogo.*

Sed semper sit reditus ad caput probationis, dum tantum *3. 34. & 37. in Mediolanen.* sunt idonei, quiq; cum sint de apditu, nullo expresso *Anthore de visu*, non probant satis, *cap. licet ex quadam, ibique Glos. de Testib. Farinat. quasi. 69. num. 62.*  
Et hæc sub censura &c.

Prosper Archiepisc. Myren Fidei  
Promotor.

Venera, seu Mediolanensis  
Beatificationis, & Canonizationis Vene-  
rabilis Serui Dei Hieronymi Emilia-  
ni Congregationis Soma-  
schæ Fundatoris.

RESPONSIO  
AD ANIMADVERSIONES

Reuerendissimi Patris D. Promotoris Fidei,

SUPER DVBIO

An constet de Virtutibus Theologicalibus, &  
Cardinalibus.

BEATISSIME PATER



**V**IRTUTES Theologicales, & Cardinales, quæ cum Sacra-  
mento Baptismatis infunduntur in quolibet Christiano  
iuxta *Text. in Clement. unica S. finali ubi glos. verb. Sancto-  
rum de Summ. Trinit. & fid. cathol. et D. Thom. par. prima  
quæst. 65. art. 1. et 3. in corpore*, licet in Seruo Dei Hierony-  
mo non apparuerint omnes in primo suæ vitæ statu, quo vi-  
tam in militari palestra traduxit, sed coeperint mirabiliter  
florere in secundo, quo pijs operibus promouendis in Pa-  
tria se dedit; Tamèn Eminentissime, & heroicè eluxerunt in tertio, quando  
post omnimodam rerum secularium abdicationem seipsum Dei seruitio, &  
Proximorum saluti totum dicauit, ac Congregationem Somascham funda-  
uit, ut constat non solum ex deductis in scriptura Informationis cum Sum-  
mario, sed clariùs ex inferius deducendis, & ideo videtur in proposito dubio  
affirmatiuè respondendum non obstantibus animaduersionibus per Reueren-  
dissimum D. Fidei Promotorem subtiliter factis super prætenso defectu pro-  
bationis, & releuantiz diuersorum operum prædicti Serui Dei factorum in-  
vnoquoque ex dictis tribus statibus suæ vitæ, cum probatio sit concludenti-  
sima, & releuantia indubitata, ut mox ostendetur.

In primo statu dubitatur de concludenti probatione miraculosa liberationis no-  
stri Serui Dei à carceribus fortalitij Castri noui ex eo, quod licet agatur de re  
antiqua vixit centum annos, & ad sint testes de publica voce, & fama, ac au-  
ditu à maioribus, & concurrant adminicula ex antiqua tabella appensa in  
Templo Beatae Virginis Tarquisi, ac diuersis scripturis miraculum huiusmodi

ex professo vel incidenter referentibus; Tamen ipsi testes discordant in numero clarium, quas Beata Virgo tradidit Hieronymo, dum aliqui deponunt de duabus, aliqui de vna, & alij de quibusdam clauibus.

Sed dubitatio evanescit ponderando, quod verisimur in facto antiquissimo secuto anno 1511. sine interuentu testium, cuius proinde notitia, & probatio haberi non potuit nisi ab eodem Hieronymo, & se ipsa nempe ex indubitata & strictissima retentione illius in carceribus cum subsequuta liberatione, ac visibili accessu ad Templum Beatae Mariae Tacuisij cum compedibus, & manicis ferreis, ac clauibus sibi traditis à Clementissima Dei Genitrice, ita vt huiusmodi insigne Miraculum fuerit tunc habitum pro publico, & notorio, ideoque illud concludenter probari per testes de publicà voce, & fama, ac auditu à maioribus vltra Doctores plena manu citatos in relatione Rotali num. 8. in fine firmat etiam Reuer. Matia de Canonizari Sancti. par. 4. capit. 18. num. 7. & 8. & apud eum R. P. D. bo. mem. de Rubis eadem par. 4. cap. 24. ex num. 30. ad 33.

Stantibus praesertim adminiculis desumptis tam ex antiqua votiua Tabella cum clauibus ac manicis, & compedibus ferreis appensis in dicto Templo pro solutione voti, ac testimonio tam insignis miraculi, ac beneficii, quam ex multissimis Scriptoribus factum huiusmodi vel ex professo, vel incidenter referentibus prout in Summo. num. 3.

Non obstante quod iidem Testes non sint concordantes circa numerum clarium à Beatissima Virgine traditarum Hieronymo, quia variatio huiusmodi tanquam non concernens substantiam Miraculi non attenditur in testibus Farinac. de Testib. quest. 67. num. 179. Add. ad Burass. decis. 42. litt. B. praesertim deponentibus de publica voce, & fama, & auditu à maioribus, quia facile erratur circa accidentalibus in rebus referendis, sed solum nocet in testibus deponentibus de visu, vbi variatio in circumstantiis arguit falsitatem etiam in substantia rei, cum veritas debeat esse in omnibus vna, & proinde ex simili variatione fuerunt de falso conuicti, & condemnati Ienes Susannae in Daniele cap. 13.

Circa releuantiam huius mirificae liberationis ad effectum, de quo agitur, fuit iure merito à Romae Auditoribus in eorum relatione num. 7. & 8. adscripta virtuti Fidei, cuius primum praecipuum est sine haesitatione credere, quae reuelauit, & promisit Christus Dominus Noster, cuius infallibili promissioni factae apud Matth. 7. & Marc. 11. in oratione confidentes quicumque petierint accepturos, firmiter credens Hieronymus, petijt cum vera fide, & obtinuit gratiam suae liberationis.

Quae (etiam quod iuxta sensum Reuerendissimi D. Promotoris sit referenda potius ad virtutem spei) adhuc efficit releuantissima ad effectum, de quo agitur, declarandi scilicet heroicas in Hieronymo virtutes Theologales propter connexitatem, quam inuicem habent, ita vt omnia signa spei heroicae sint etiam signa fidei in pari gradu, vt declarat Reuer. Mag. Laurea in tract. de virtut. disputat. 22. art. 9. num. 254.

In secundo statu, quo dictus Seruus Dei post praedictam liberationem à carcere se rededit ad meliorem frugem, & signanter Venetijs curam egenorum, & orphanorum assumpsit, eis quotidie subueniendo, & pauperibus eleemosynas largiendo vsque ad traditionem cinguli senatorij, patienterque subeundo conuicia vsque ad barbae diuisionem, ac hospitalia incurabilium, ac Orphanorum fundando, vt in Summo. num. 5. cum seq. opponit pariter Reuerendissimus D. Fidei Promotor eundem duplicem defectum concludentis scilicet probationis, & releuantiae, obijciendo contra testes, quod omnes sint de auditu, & nonnulli à pluribus absque specificatione Personarum.

Sed obiectio non videtur releuans, quia licet in processibus adfuerint aliqui testes non

3

non specificantes Personas, à quibus audiuerant opera pietatis per eosdē testes relata in eorum examine, attamen omnes per nos adducti in Summario reddunt causam scientiæ, & specificant personas, à quibus audiuerant, vt videre est ex notula, quæ datur nunc *Summario Additionali num. 1.* & quia in priori Summario confectio ab Antecessore Patrono causæ, & impresso vsque de anno 1671. fuit ommissa non solum dicta specificatio personarum, à quibus testes audiuerant, sed etiam depositio plurium testium actiones Serui Dei heroicæ optimè probantium, ideo dantur nunc *Summ. num. 2.* cum ad huiusmodi probationes reducatur in substantia pondus causæ, quia depositio facta per testes de auditu à specificatis Personis verisimiliter informatis plenissimè probat, iuxta *Textum expressum in C. licet 47. de Testib. versic. nisi forte persona graues, & plenissimè in dicta relatione Rosali num. 8 in fine.*

Non obstante prætensa contradictione inter duos testes Processus Veneti per D. Promotorem ponderata in §. *adest etiam*, quod scilicet primus dicat *per ordinario faceua ogni sera, che il fornaro della contrada andasse alla sua casa à tuor farina, e che la mattina poi nel scoppiare dell'alba veniuà co'l pane fatto à casa, & tertius dicat, la notte per il più in casa sua s'è faceua il pane, e lui in persona la mattina à buon'hora con le proprie mani l'audaua dispensando;* Quoniam prædicta verba, & dictiones *per l'ordinario* in primo teste, *e per il più* in alio bene insimul compatiuntur cum vna non includat negatiuam alterius, & verificari bene possint de farina, & pane cocto per aliquod tempus in furno, & per aliud in Domo Serui Dei, & ita sunt interpretanda dicta Testium pro eorum conciliatione ex deductis *per Rosā coram Buratt. decis. 932. num. 8. 9. & 10.* & in omnem casum cum variatio non sit circa substantiam rei, & actum charitatis heroicæ erga pauperes, sed circa accidentalia de loco, in quo coquebatur panis, nollius esset momenti *Farinac. de testib. quest. 67. num. 179. & alij adducti per adden. ad Buratt. decis. 42. litt. B.*

Quoad Scriptores opponit Reuerendis. D. Promotor, non videri posse in eis fieri vim ex rationibus, & fundamentis ab eo deductis super simili dubio Beate Catherinæ de Bononia *pag. 380. versic. eademque responsio*, vbi eronichæ erant scriptæ à Monialibus eiusdem Ordinis, & sic vigeret suspicio propter interesse honoris Monasterij, & essent intra metam centum annorum post introductam causam; sed sicuti obiectio huiusmodi fuit reiecta in dicta causa non obstante quod nulla adesset probatio ex testibus, sed tota desumeretur ex cronicis; ita multo fortius reiicienda videtur in præsentis, in qua probatio principaliter desumitur ex depositionibus Testium, ac enunciatiuis in Bullis Apostolicis, & authenticis, & antiquissimis Scripturis cum præsertim, aliqui ex nostris scriptoribus non iam de Religione Somaescha sed exteri scripserint paulo post, & ante lapsum 50. annorum ab obitu Serui Dei, & ideo præsumuntur scripsisse ex propria scientia, *vs aduertit Scacch. de sign. & not. Sanctit. scilicet. 1. capit. 6. pag. 881 litt. D.*

Nam noster Seruus Dei obiit anno 1537. & Antonius Caracciolus in historia collectanea de vita Pauli IV. datus in *Summ. pag. 37.* fuit impressus anno 1538. Hieronymus Molfetta in Epistola dedicatoria *Dialogo dell' unione Spirituale di Dio con l' Anima in Summ. pag. 38.* impressus eodem anno 1538. Bartholomeus de Peregrinis opus diuinum &c. anno 1553. *Salm. pag. 18.* Bartholomeus Spatafora in oratione funebri anno 1554. *Summ. pag. 31.*

Ceteri vero licet scripserint intra centum annos ante motam litem, tamen quia totale fundamentum causæ non consistit in illis, sed in testium depositionibus, bullis Pontificijs, instrumentis, & scripturis publicis, & authenticis,

4  
ticijs, ac suprarelatis antiquioribus scriptoribus cum euidencia facti circa  
charitatis opera resultantia ex fundatione tam pie Congregationis, & Re-  
ligionis, ac tot Hospitalium Orphanorum, & Mulierum penitentium sunt  
etiam in suo genere attendendi iuxta distinctionem scriptis à Rotà Canoni-  
zatam in declinationibus relatis per adden. ad Grégor. decis. 3. num. 8. & 9. &  
decis. 389. num. 7.

Circa relevantiam actuum charitatis in hoc secundo statu Serui Dei dubitat  
Reuerendiss. D. Promotor, an releuent ad effectum de quo agitur, dum  
supponit deficere inuictam patientiam in sustinendis improperijs, & con-  
uicijs dicente primo Teste *Dalche segni, che la gente, che le vide taminare à  
quel modo, cominciò à correrli dietro, come si fa ad un pazzo, il che visto da  
lui, disse alla propria Sorella, che non potèua più stare in quella Città, perche era  
venuto in indubio alle genti per il zelo, che haueua dell' honore di Dio; sed du-  
bitatio euanesceit ex sola ponderatione, quod Seruus Dei hoc dixit in hoc  
secundo statu, dum esset adhuc in via, & non adeptus summum perfectio-  
nis gradum, & nihilominus (ad instar Petri, qui non obstante negatione  
Christi, mortem deinde pro illius confessione subiuit) superando illam  
tentationem cum desiderio semper maioris mortificationis, & vilipendij  
pro Christo Domino non solum Venetjs permansit, sed quotidie magis se  
exercens in vilioribus Charitatis operibus, non erubuit in eadem Ciuitate,  
vbi erat de ordine Senatorio, sola linea, & rudi toga indutus incedere  
processionaliter sub Cruce cum suis pauperimis Orphanis questuando  
ostiatim victum, vt in Summ. num. 12. pag. 70. 71. & 73.*

Prætensa inobseruantia asserti voti emitti à Seruo Dei, dum esset in carceri-  
bus, distribuendi omnia bona sua Pauperibus, & agendi vitam heremiti-  
cam, non est attendenda, quia de tali voto non deponit nisi vnicus testis à  
Reuerendiss. D. Promotore relatus in S. *id autem vita genus ibi -- ho in se  
dire che fece voto &c.* qui cum sit vnicus, & non deponat, à quo audierit,  
nihil probat Rot. coram Dunozett. lun. decis. 123. num. 16. cum præsertim  
de tali voto nullus ex testibus nec de scriptoribus mentionem faciat, & ta-  
men ad hunc effectum redarguendi de inobseruantia, debuisset conclusen-  
ter probari ex propria confessione Serui Dei, qui tale votum realiter non  
fecit, & nihilominus pro sola sua charitate erga Deum, & proximum, ac  
perfectiori Christiana vita patrimonium suum in pauperes erogauit, & in  
vita heremitica viuere curauit, & obiit, vt ex omnibus eius operibus, &  
gestis relatis in priori scriptura, & summario.

Vnde nil vrgent prætensæ variationes, & contrarietates per Reuerendiss.  
D. Promotorem desuper ponderatæ in S. *quinnimò nec chio &c.* quod scili-  
cet contra depositionem plurium testium de hac erogatione patrimonij in  
pauperes scripserit Ferrarius, dum dixit renunciaisse omnia bona tempora-  
lia, & terrena nepotibus, & secundus Testis in Veneto processu dicat, *che  
renunciò il patrimonio, che gli era restato, & tertius quella poca facoltà, che gli  
era restata, la lasciò in voce alli Nepoti;* quoniam imò ex his eisdem Testibus  
compobatur erogatio non solum maioris partis, sed totius patrimonij in  
pauperes, dum dicunt paucum residuum bonorum remansorum dimisisse  
Nepotibus pro eorum, & Matris alimentis; distributio enim erga pauperes  
verificatur tam erga extraneos, quam consanguineos, erga quos charitas  
maiores exigat obligationem iuxta vulgatum axioma, quod charitas bene  
ordinata incipit à seipso C. *non satis* 86. dist. C. *si non licet* 23. *quast. 5.* &  
ordo charitatis suggerit, vt prius nostris consanguineis, quam extraneis sub-  
ueniamus Surd. *de alimentis* tit. 1. *quast. 94. num. 1. cum alijs plena manu ad-  
ductis per Barhof. axiom. 42. num. 1. & 4.*

In tertio demum statu ab exitu Serui Dei, & patris vsque ad obitum, factæ  
ingenuè Reuerendiss. D. Promotor, gesta ab illo hoc tempore, & in eius

scriptu-

scriptura corollariè relata in S. *Devis ad tertium*, tanquam petita à viro nobili saculi delicijs antea assucto, spiritibus bellicis imbuto, ac militari licentia satis illecto, reputari quidem posse heroica, sed difficultatem se teneri ex parte probationis desumpta, vel à scriptoribus vitæ, vel à Testibus, vel ab alijs scripturis, contra quos singularim exceptiones proponit, & ideo etiam singularim remouendas curabimus.

**Opponitur contra Albanum scriptorem vitæ nostri Serui Dei de anno 1600. nimia partialitas ex eo quod ille esset valde intimus, familiaris Albanæ adco, vt quoties occurreret Mediolani degere, moram traheret in Albana Domo vna etiam cum suis orphanis; sed oppositio retorquetur, quia ex hac familiaritate, & hospicio multa potuit scire de Seruo Dei ex auditu à maioribus suis, & cum in eadem vita pag. 13. dicat se plura ex ijs, quæ refert accepisse, à quodam Nobili Veneto, qui vitam eius scripserat, non tamen impresserat, & fuerat intrinsecus Serui Dei, *Summ. Addit. num. 3.* & dictus Albanus fuerit vir pietate, & dignitate insignis quia Episcopus &c. fidem meretur *l. si quis ex argentarijs 6. S. 2. ff. de eden. Rotu par. 11. recent. decis. 214. num. 4.***

**Non obstante quod supponat in Seruo Dei continuatum aquæ potum à principio coquetionis vsque ad vltimum vitæ spiritum, quod ab alijs [Scriptoribus non confirmatur, quia non per hoc fides minuitur ipsis Scriptoribus, cum tritum, & ordinarium sit referri ab vno, quod ab alio omittitur, vt contigit in Euangelistis scribentibus gesta Saluatoris. Nostri, & de ipso continuato aquæ potu Hieronymi deponunt etiam Testes dati in *Summaris tit. de temperantia.***

**Oppositio contra Stellam, Doratem, Bertazzolum Turturam, & Ferrarium, quod habeant eandem suspicionem affectionis, ex quo sine Religiosi Congregationis à Seruo Dei fundatæ, fuit semper ab hac Sac. Congregatione reiecta, & in simili dubio B. Catherina de Bononia, ex generali regula, quod testes de Vniuersitate etiam Religiosorum admittuntur in huiusmodi causis, vt testatur *Conteloz. de Canonizat. capit. 18. ex num. 5. ad 8. Pignatelli. consulas. 192. per tot. & plenissimo Reuer. Mastia de Canonizat. par. 4. cap. 17. numer. 13. & 14.***

**Contra Testes opponitur, quod aliqui scilicet septem in scriptura Reuerendiss. D. Promotoris specificati sub *6. quod Testes 6.* non sint idonei, quia non recepti, & examinati auctoritate Apostolica, & proinde non attendendi absque speciali indulto Sedis Apostolicæ, cum profertur deficiat discussio eorum ritualis examinis requisita à Decretis Sanctissimæ Inquisitionis pagin. 53. sed huiusmodi oppositio nullius videtur substantiæ, quia cum dicti Testes fuerint omnes examinati ab anno 1610. vsque ad 1614. ab Ordinarijs Mediolanensi, Veneto, Brixienti, & Papiensi, antequam Sedes Apostolica manus apposuisset in causa, introducta in Sacra Congregatione solum de anno 1622. per commissionem signatam manu San. Mem. Gregorij XV. registratam in Processu Tarvisino fol. 2. & Processus auctoritate Apostolica compilati fuerint anno 1624. & seqq. & consequenter ante Decreta San. Mem. Urbani VIII. & Sanctissimæ Inquisitionis, dicuntur legitime, & valide examinati, eisque plena fides adhiberi consuevit, vt testatur *Conteloz. de Canonizat. cap. 4. num. 20. & 21.* etiam absque speciali indulto Sedis Apostolicæ, necessario tantum pro validando examine factis coram Ordinarijs post dicta Decreta San. Mem. Urbani VIII. & postquam Apostolica Sedes manus apposuerit in causa, vel eorum examine non compulsato in Processibus auctoritate Apostolica fabricatis, vt contigerat in causis Iappontensi declarationis Marty ij P. Caroli Spinule, Seguntina B. Ioannis à Cruce, & Limana Beati Francisci Solani, & Beati Turribij per Reuerendissimum Promotorem specificatis.**

**Discussio vero ritualis examinis non exigitur à Decretis Sanctissimæ Inquisitionis**



tionis pag. 93. ubi in processibus fabricati ab Ordinatibus, vel Commisariis  
 Sedis Apostolicæ, ve *ibi postquam vero per Episcopos Commissarios fuerit ramifi-*  
*sum, &c.* & proinde hunc ex hinc supradictorum scilicet fuerit compulsarum  
 in processibus Mediolanensium Venetorum, Brixienſium, & Bapſienſium, quorum validitas  
 fuit iam discussa, & approbata a Sac. Congregatione prædicta per litteras dubio  
 sub die 21. Junij 1670. prout in decreto *num. 104. octavo etiam approbata*  
 validitas examinis eorum, cum præferto tempore, quo fuerunt fabricati  
 processus auctoritate Apostolica, essent iam dicti testes mortui, ut ex fidebus  
 ibidem compulsari *num. 5. & sic aucta eorum fides Farnes. de Testib. quæst. 67.*  
*num. 209. Rot. divers. par. 1. decis. 594. num. 1. Buras. decis. 530. num. 3.*

Sed hæc dicta sunt ex abundantia, quia ultra dictos septem testes habemus depo-  
 sitiones aliorum plurimum examinatorum auctoritate Apostolica super Sancti-  
 tate vitæ, & operibus heroicis Servi Dei Hieronymi, prout in *notula num. 6.*

Circa alias exceptiones contra Testes cumularas in §. *aliqui vero*, ultra respon-  
 siones datas supra in §. *unde nil veget*, additur ex abundantia, quod licet  
 primus, & tertius Testis in Bergomensis, & quartus in Mediolanensibus supponant  
 in Servo Dei Erogationem totius patrimonij in pauperes, non ex hoc  
 redargui possunt de nimia animositate, nec quod deposuerint contra facti ve-  
 ritatem, dum ostensum fuit supra in d. §. *unde nil veget*, & constat ex ipsa,  
 et quod Hieronymum totum patrimonium in pauperes, nam post fundatas  
 Domos Orphanorum Venetis, cupiens subvenire etiam Orphanis illarum  
 Civitatum, dimisit per alimonia Nepotum, & eorum Matris solidavit pa-  
 trimonij sibi remansum, & cum sola linea tunica discessit e Patria, ad quam  
 nunquam rediit.

Quod non in Bergomensibus dicitur *se hic usque di prigione non si ferris a piedi, e lo-  
 se nudo il manto, &c.* & tamen alij dicant, quod exierit comp. dibus solutus,  
 nil veget, quia talis discordia tanquam non concernens substantiam miraculi  
 non attenditur in testibus deponentibus ( ut his ) de publicæ vocæ, & fama,  
 & auditis ab alijs, ut probatum est supra circa memorat. clauium §. *unde  
 ostensum.*

Eadem ratione tollitur obiectio contra sextum, & vigesimum primum in Me-  
 diolanensibus deponentes de fundatione Religionis anno 1528. contra constitu-  
 tiones, & alios testes essentes hoc de anno 1532. & 1533. omnes enim lo-  
 quuntur de auditis cum verbis in cited, & eorum deponitio verificari potest  
 in utraque tempore, quia deponentes de anno 1528. intelligi debent, quando  
 Servus Dei capit habere socios, & cum illis consilia inire de operibus pijs  
 bene legendis.

Partemque tollitur contra primum in Venetis deponentem, de castro novo li-  
 beratum fuisse omnes præter Servum Dei, eundemque fuisse à vinculis solutum  
 sine clauæ contra Albanum scribentem fuisse omnes trucidatos, & alios  
 testes dicentes fuisse datam clauem a Sanctissima Virgine, nec non contra  
 secundum in eodem Venetis deponentem fuisse Servum Dei obiter missum,  
 ad Castrum novum non ex decreto Senatus, contra Albanum, & alios di-  
 centes fuisse illi datam dictum Castrum ob strenuam defensionem antea fa-  
 ctam, Nam huiusmodi variationes tanquam non concernentes substantiam  
 rei sed mera accidentia dicta, & scripta ex auditu ab alijs, & ex publica voce,  
 & fama, attendi non debent ex superius deductis.

Ponderatio quod inter testes ad huc multos, quæ reputari non possunt inter  
 gratos fidei, nullius videtur ponderis, quæ nihilominus non repelluntur a re-  
 stricanda in causis Canonizationum, ut testatur *Rever. Mater de Canonizat.*  
*par. 4. artic. 17. num. 12.* cum præferto in casu nostro ad huc alij plures testes  
 omni exceptione maiores, prout in *notula data num. 1. & deponitio num. 1.*  
 & sic intrat regula, quod testium defectus suppletur ex numero.

Obiectio tandem quæ cum nullis ex testibus ob suspensam auctoritatem posse

esse de viſo, conſtituere nequeat aliquem probationis gradum, niſi vel ſi  
de arduo a teſtibus de viſo, ſec ſingulares, collatur ex deductis ſupra in 8. ſed  
obſiſſis, quia omnes Teſtes per nos dati in Summ. additionali num. 1. & 2.  
deponunt de ſubditis a perſonis de viſo, & non ſunt ſingulares, v. ex lectura  
depoſitionum.

Teſtes autem de publica voce, & fama depoſcentes in hac cauſa non concernunt  
niſi probationem iuſtitiæ liberationis Hieronymi a fortalicio Caſtri noui  
gratia, & beneficio clementiſſimæ Dei Genetricis, ac famam Sanctitatis in  
genere, & huiusmodi probationem ſuffragam in antiquiſſimis & ſuccedentibus  
recentem centum annorum, cum non agatur de viſo præiudicio tertij ultra Do-  
ctores allegatos in reſolutione Rotali num. 8. in ſuis lautiſſimè ſcriptis hoc modo: de Ra-  
bis in libello de fide, & probatione hitoriarum apud Matt. de Canonizat. par. 4.  
cap. 14. num. 30. & 31. contra quam concluſionem non videtur applicabilis  
doctrina Abb. in cap. inter dilectos de fide Inſtrumentorum, dicentis, dictam  
concluſionem non procedere in ijs, quæ ſui natura potuiſſent bene probari  
licet per negligentiam partis probatio propter antiquitatem ſit facta diffi-  
lis, quia loquitur ſpecificè de dominio probando, v. ibidem num. 7. in quo  
cum agatur de præiudicio tertij, requiritur probatio pleniffima.

Quod tertium genus probationis deſumptum ex ſcripturis, obſicitur tam  
contra epistolam miſſuata Vicarij Generalis Bergomenſis ſcriptam anno  
1337. & datam in priori Sum. nu. 2. pag. 5. quam contra adnotationem datam eod-  
dem Sum. pag. 36. referentem opera pietatis, & Charitatis per Seruum Dei  
parram in Ciuitate Comenſi anno 1335. quod vtraque ſit ſcriptura priuata.  
Ceſſat ponderando, quod dictæ duæ ſcripturæ adducuntur ex abundanti, &  
pro adminiculis, & cum excedant tempus annorum centum, debet eis adhi-  
beri fides etiam quod vtraque ſit priuata ſcriptura Rot. recent. par. 4. deciſ. 437.  
num. 4. & par. 6. deciſ. 184. num. 17. & 18. & coram Duxozest. Jun. deciſ. 548.  
num. 4. cum præſertim veritas contentorum in prima de exemplari, & ſan-  
ctiſſimo Serui Dei conſtat etiam per teſtes datos in prima Summ. ſub num. 14.  
pag. 84. & ſequens de defundatione ſcholæ in Ciuitate Comenſi pro cuſtodien-  
dis pauperibus orphanis ex atteſtatione ſc. mo: Pauli III. in Bulla confir-  
mationis dictarum ſcolarum, & Hoſpitalium data in d. Summ. pag. 33.

Inſtrumenta vero anni 1332. datum in Summ. pag. 36. continens, quod de  
anno 1331. Seruus Dei collegerat in dicta Ciuitate Orphanos Mendicantes  
adfinem, vt illos inſtari faceret circa bonos mores, rogando Episcopum, vt  
provideret de opportuno loco, prout fuit assignatus à Regentibus Hoſpita-  
lis, &c. plene probat, non obſtante quod non fuerit producta, & compulſata  
niſi ſolo particula continens dictam enunciatiuum ad cauſam facientem, cum  
etiam ſit, ſicut productionem Iuriam, & ſcripturatum in parte, & partibus  
neceſſarijs contentis, & cum in actu productionis nihil foret oppoſitum, ſcri-  
ptura producta plene probat, nec eſſet informis, v. in ant. ſi quis in aliquo  
ubi Socin. num. 1. & Dec. num. 27. C. de eden. Rot. penes Poſth. de manaton. deciſ.  
133. num. 11. & in reſol. par. 1. deciſ. 183. num. 13. & par. 12. deciſ. 123. num. 16.

Quomobrem cum vltra teſtes depoſcentes de operibus heroicis Hieronymi  
præſertim circa caritatem in proximis habentibus ſupradictas ſcripturas  
ac Bullam ſignatam Pauli III. ſuper confirmatione Hoſpitalium a Seruo Dei  
fundatorum in varijs locis cum honorifica alia mentione de ſeruenti ipſius  
caritate prout in Summ. pag. 33. nec non Bullam B. Pij V. confirmatoriam  
detractionis per Diuum Carolum factæ Congregationi Somaſchæ de Eccle-  
ſia S. Matoli Papienſis cum honorifica pariter enunciatiua, quod eodem Car-  
dogogiani Hieronymus Bullianus (ſunt verba præciſa) aliam Patriſius Venetiarum  
in prima pietatis ſuſcipit Spiritus Sancti, & pio credidit, aſſertus omnibus ſeculo  
vobis poſtulatibus, iudicium antea dederat, prout in part. Papienſi fol. 20. & non  
Summ. num. 7. ad tres epistolæ eiusdem Serui Dordacis in Summ. pag. 14. & 18.

49. & 68. subdit. A. quæ statim antiquitate probant etiam non redogunt, quia hoc non fuit potestatum in productione, & compulsatione ex iuribus supra allegatis, necnon habeantur etiam constitutiones editas in vim facultatis obtente à san. mem. Paulo III. continentibus in reprobando sanctam vitam, & mortem Serui Dei, prout in *Summ. num. 8.* videtur sine ulla difficultate firmandum, constare de plenissima probatione gestorum, & operum Serui Dei ad effectum pronuntiandi heroicis illius virtutes Theologales, & Cardinales.

Remotis obiectis, & difficultatibus propositis circa probationes, facilis erit responsio ad animaduersiones per Reuer. D. Promotorem factas contra singulas Serui Dei virtutes, quas tamen omnes ostendunt, & comprobant eruditissimè Auditores Romæ in eorum relatione, præfuisse ad eminentiam in Hieronymo, sed præcipuè charitatem in proximum sui regiam principatus in nostro Seruo Dei collocasse, quia (vt testatur *Contel. de Canonizat. cap. 15. num. 10.*) necesse non est, quod Canonizandus in singulis se exercuerit, sed sufficit, quod operatus fuerit in ijs, quibus oblata sit occasio.

Contra fidem duas proponit Reuer. D. Promotor animaduersiones sub S. *quoad fidem*, prima scilicet quod tam in relatione Regali pag. 6. & 7. quam in informatione pag. 4. & seq. non reperiuntur recensiti actus heroici, & valde singulares sed communes, & proprii omnium Religiosorum, quales sunt Pueros docere, blasphemantes corripere, & odio prosequi Hæreticos, &c. & secunda quod huiusmodi actus magis conueniant charitati erga Deum, & proximum; Sed contra primam respondetur, singularissimos, & supra modum communem reputandos esse actus fidei recensitos in dicta relatione Regali, & in informatione, si considerentur, prout considerari debent, tanquam gestos à viro nobili sæculi deliciis antea assueto, spiritibus bellicis imbuto, militarique licentia illecto, in quo proinde indefessus labor, & charitas, qua Pueros colligebat, & docebat, zelus, quo blasphemantes increpabat, odius, quo hæreticos, cæterosque Catholicæ fidei hostes prosequeretur, & cæteri actus super hac virtute fidei recensiti non communes, sed heroici reputari debeat, prout ingenuè idem D. Promotor falsus est sub S. *venio ad tertium statum cum sequenti.*

Secunda autem quod huiusmodi actus conueniant magis charitati erga Deum, & Proximum retorquetur pro maiori parte fidei, quæ in charitate principaliter elucet imperando actus est opera ipsius ex deductis in Informatione *si de fide, ac sic de charitate.*

Contra speciem opponitur, erogationem totius patrimonij in pauperes, & refutationem pecuniarum oblatarum Seruo Dei à Duce Mediolani non esse certam nec legitime probatam propter exceptiones datas contra testes in scriptura eiusdem D. Promotoris S. *quinimo, nec cito, &c.* ad quas fuit plena satisfactum supra in S. *Vnde nil argenti protense, &c.* & proinde non indigent alia responsione.

Contra charitatem (cuius actus, & effectus in scriptura Reuer. D. Promotoris S. *hæc autem charitas facientur heroici*) reperitur prætextus defectus probationis, quam tamen ostendimus supra concludentissimam.

Nec releuat obiectum, quod Petrus Lippomanus Episcopus Bergomensis in quibusdam litteris parentibus datis anno 1538. & registratis in proc. Bergomensis fol. 42. tribuat alijs pijs personis foundationem domorum, & Hospitalium, quas diximus factas à Hieronymo, nam hoc non legitur in dictis litteris, in quibus commendatur tantum labor, & sollicitudo dictorum piorum hominum in promouendo, & augendo dictum pijs institutum, prout in verbis relatis ab eodem Reuer. D. Promotore sub S. *at ultra ibi -- Non ignari quantum pijs operis per vos in Civitate, & Diocesi nostra Bergomensis in loco Sorasche, & alij etiam locis habentur altum, & in dies magis. (dante Domine)*

*exerceri, debere constat* : Ex quibus verbis nulla videtur oriri posse repu- gnantia, quod noster Servus Dei fuerit fundador Congregationis Somaſchæ, & plurimum locorum pro Orphanorum ſuſceptione, ut enunciant litteræ Apo- ſtolicæ Pauli III. & B. Pij, quia in reliquis nil aliud fit in dictis litteris Epi- ſcopi Bergomenſis niſi quod datur licentiâ dictis pijs hominibus olim ſocijs Hieronymi, contumtor vivendi, & ſuperiorem eligendi, quia tunc non fue- rat adhuc Congregatio & Religio à Sede Apoſtolica confirmata, licet iam à Hieronymo inſtituta, & fundata; ut pro indubitato enuntiat in litteris Pauli III. *Summ. fol. 33. B. Pij V. Summ. additionali num. 7.* nec non conſtitu- tionibus in vna ſacraſtaris Apoſtolice poſtmodum pro ſtabilitate Congre- gationis editis eodem *Sum. additionali num. 8.* ac in unione huius Somaſchæ Congregationis cum Religione Theatinarum facta anno 1546. auctoritate eiusdem Pauli III. opera Iohannis Petri Caraffe, tunc Cardinalis Theatini, & ſucceſſive Pauli Papæ IV. *in proceſſu Mediolanenſi fol. 378. & in Summ. ad- ditionali num. 9.* nec non in licentiâ quæſtendi conceſſa anno 1598. Socijs Servi Dei, pro ſubſtitutione pauperum Orphanorum, ad mulierum à Hieronymo collectarum, &c. *in proc. Mediolan. fol. 373. Summ. additionali num. 10.*

Servitium præſtitum a Servo Dei peſte affectis, eorumque mortuorum huma- tio concludenter probatur ex teſtibus de publica voce, & fama, & de auditu a maioribus citatis in informarijs tit. de charitate in proximum *9. item quomodo, &c.* cum verſentur in antiquis ex litteris allegatis *ſupra 5. ſed dubi- tatio in fine.*

Aſus prudentiæ recenſitòs, & laudatos in relatione Rotali *num. 37.* offuſcare non poteſt aſſertio ponderata per R. Promotorem in prima ex litteris Servi Dei, *quod abſque fide Chriſtus non poteſt operari multa miracula;* quoniam ta- lis aſſertio non fuit ſic ſimpliciter a Hieronymo dicta, & ſcripta ſed relata uti dicta ab *Evangelifta Marco cap. 6. in principio, ut in Summ. pag. 14. litt. A.* ibi *Ha voluto il benigno Signor Nostro per eſſere la Fede in voſſenza la qua- le non puol fare molti miracoli Chriſto, dice l'Evangelifta, e per eſandire l'oratio- ne ſanta, che li fate;* Vnde ceſſant ponderationes de ſuper factæ, quod talis aſſertio videatur prima faciè periculofa, cum non debeat conſiderari uti aſ- ſertio Hieronymi, ſed uti dictum Evangeliftæ Marci.

Animadverſiones factæ in *S. Ruſſus animoſa cum duobus ſequentibus* ſuper con- tentis in epiftolis datis *Summ. pag. 15. in principio, & in dictis S.S. relatis* videntur potius commendandæ tanquam effectus veræ ut firmiſſimæ ſpei in Deo.

Heroicitas Iuſtitie non reſtringitur ad ſolam diſtributionem melioris panis er- ga Orphanos, ſed in pluribus alijs operibus Servo Dei ſe oblati, & iuſti- tiam concernentibus ſpecificè ſalatis *in relatione Rotali num. 42. & ſequen.*

Aſus vero Fortitudinis in eadem relatione *no. 44.* etiam quod videatur Reuer. D. Promotori pertinere potius ad charitatem, ſuffragantur ad huc effectum heroicittatis propter mutuam connexitatem, & concatenationem, quam in- vicem habent virtutes Theologales, & Cardinales ex doctrina *Dini Thoma par. 2. quaſt. 66. artic. 2. ad 2.*

Temperantiam fatetur inſignem Reuer. D. Promotor, & licet ponderet aliqua- lem variationem inter teſtes concludentes omnes, *che ſola mangiana pane, & acqua,* dum teſtis 31. in Mediolanenſi refert, Hieronymum bibiſſe certa die vinum, & teſtis 39. in eodem proceſſu dicat comediſſe piſces, tamen hoc evenit in itinere, & in domibus, ubi Hoſpitabatur, in quibus iuxta præcep- tum Chriſti Domini apud *Lucam 10. comedere, & bibere debebat,* quæ apponebantur ſibi.

Obſedientia, & oratio non iure dicitur probata tantum in genere, dum *in Sum. num. 10. & 11. pag. 63. ad. 69.* datur probatio ſpecifica de utraque.

Contra Humilitatem nil vrgent verba relata a D. Promotore in *S. ulterius de*

laboribus passis à Servo Dei, & ab eodem enunciatis in propria epistola; quoniam hoc fecisse censetur ad excitandas suos confocios ad eosdem labores, ut faciebat *Paulus apud Corinth.* 11. ex verbis vero relatis in *S. ponderari etiam posses*, quod scilicet Hieronymus, dum esset moribundus, & socij adstantes lugerent, dixerit *non plangeat; imperoche us gionerò più di là, che di qua*) non solum redargui non potest de aliquo defectu circa Humilitatem, seu alias virtutes, sed immò laudari, & exaltari in virtute spei, prout Sancta Mater Ecclesia canit de Sancto Dominico in lectionibus Breuiarij Ordinis Prædicatorum ab eodem Reuer. D. Promotore relatis, & hæc Sac. Congregatio decrevit in Beata Catherina Bononiensi, quæ eadem verba dixit moriens suis Monialibus.

Tandem circa paupertatem, & penitentiam fateatur ingenuè Reuer. D. Promotor refulgere heroicetatem valde singularem, & licet opponat eundem defectum probationis cum supposito quod testes sint de simplici auditu nullo expresso Auctore, tamen ex *Summ. additionali num. 1. & 2.* constat testes de super adductos deponere de auditu à Testibus de visu, & consequenter plene probare ex iuribus supra allegatis.

Quare, &c.

## Bernardinus Iacobellus ex Collegio Cafarum Sac. Palatij Patronus.

Reuisa

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Veneta, seu Mediolanen.

Beatificationis, & Canonizationis Ven.  
Serui Dei Hieronymi Aemiliani  
Congregationis Somaſchæ  
Fundatoris.

RESPONSIO IURIS  
AD OPPOSITIONES

R. P. D. Fidei Promotoris.  
SUPER DVBIO.

An conſtet de Virtutibus Theologicalibus Fide,  
Spe, & Charitate, & quatuor Cardinalibus  
Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, Temperan-  
tia in caſu, &c. ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER.



NIMADVERSIONES à R. P. D. Fidei Promoto-  
re excitatæ, contra virtutes heroicas, quibus mi-  
rificè ſornit Ven. Seruus Dei Hieronymus Aemi-  
lianus Congregationis Somaſchæ Fundator, ad  
duplicem clasſem reducuntur, quarum prima ten-  
dit ad impugnandas earundem ſolidas, & conclu-  
dentes probationes; Altera verò circa earundem  
releuantiam; Cumque triplicem vitæ ſtatum ef-  
formauerit; Primum nempe in militari Paleſtra; Secundum in  
Patria, in qua pijs operibus promouendis ſe dedit; Et tertium,  
quando ſe ipſum Dei ſeruitio, ac proximorum ſaluti totum dicauit,  
& Congregationis Somaſchæ Fundator extitit.

Hinc eiſdem ordine graduali retento; Quatenus pertinet ad primum  
ſtatum; Prima oppoſitionum clasſis dirigitur contra teſtes ad illo-  
rum fidem minuendam circa liberationem è carceribus, median-  
tibus clauibus à Beatiffima Virgine ſibi mirabiliter traditis, ſed  
facillimè diluitur; Etenim præſuppoſito, quod in factis antiquis  
vltra centum annos (in quibus nos verſamur) ſufficiant teſtes de  
publica voce, & fama, nec non de auditu à maioribus, iuxta theo-  
ricam *Baldin. Auth. queſ. ad Tit. ann. 17. & 18. C. de Sacris Eccleſ.*  
quam

2  
quasi sequuntur, & commendant *Pellu. in cap. cum nobis num. 8. & ibidem Bellamar. num. 10. cum seq. de prescript. Rot. penes Cassador. decis. 2. num. 5. de probat. decis. 353. num. 28. part. 5. rec. late Massa de Canonizat. par. 4. cap. 18. per tot. cum alijs, de quibus tres præstantissimi Rotæ Auditores in eorum Relatione sub num. 8.*

Concurrentibus præsertim nedum adminiculis, sed vrgentissimis probationibus desumptis tam ex antiqua Tabella, quæ ad publicam dictæ liberationis contestationem Tarvisij fuit appensa in Templo B. Virginis cum inscriptione manu eiusdem Hieronymi efformata, quam ex Scriptoribus vitæ huius Serui Dei, qui vel exprofesso, vel incidenter huius insignis facti mentionem fecerunt, quibus omnino deferendum esse firmant in his terminis canonizationis Sanctorum, *Conrilor. cap. 14. num. 10. Malphes. cons. 46. num. 15. Scacch. de not. & sign. Sanct. sect. 11. cap. 6. late bon. memor. Franciscus de Rubeis in eius particulari discursu edeso super fide historiarum impress. apud Masch. de Canon. part. 4. cap. 24. cum alijs in Relatione Rotali num. 9. neque audeat impugnare idem R. P. D. Fidei Promotor.*

Non obstat prætenfa Testium varietas, & discordantia circa numerum clauium, quoniam sufficit, quod conueniant in substantia traditionis clauis, non curata variatione in accidentibus circa earumdem numerum, vtpotè qui nullatenus diuersificat adeò mirabile fidei patratum exemplum, iuxta receptam distinctionem, de qua R. P. D. de Luca *Sub tit. de iudic. dis. 32. num. 51. Manue. decis. 6. Gregor. decis. 194. adden. ad Burati. decis. 42. & decis. 53. num. 13. part. 13. recent.*

Porissimè, quia testes adminicularent nedum ex dicta Tabella, sed etiam ex imagine eiusdem Ven. Serui Dei publicæ luci expositæ, cum existentia clauium in manibus Beatæ Virginis, nec non additis vitæ Scriptoribus.

Quò verò adreleuantiam sibi ordinè ad probationem actus heroici reflectendum est, quod hoc insigne facinus non affertur vnice, ac præcisè ad firmandam eiusdem Serui Dei sanctitatem, sed solum pro clara, & euidenti comprobatione primi Fidei præcepti, quod tendit ad credulitatem, dum ita verificatur, quod in aduersis de Deo confidit, & non defecit, vt prædicati solet de Moyse qui -- *Fidere reliquit Egyptum non timens animositatem Regis, fide transit Mare rubrum, tanquam per aridam, vt docet D. Antonia in Summ. part. 4. tit. 8. cap. 3. §. 6. Massa de Canoniz. Sanctor. par. 4. cap. 5. num. 14. & 15. in fin. & tanquam actus heroicæ fidei expenditur in eadem Auditorum Relatione num. 8. & seqq. vbi cætera fidei præcepta comprobantur.*

Quò ad secundum statum; Prima classis oppositionum dirigitur pariter contra testes, ex eo quod omnes sint de auditu, & patiantur eundem defectum contradictionis, & variationis; Verum obiectio facillimè diluitur ex præmissis responsionibus in primo statu; Testes enim quantumuis de auditu bene probant in antiquis ex supra deductis; Variatio autem testium circa distributionem panis, vt patet ex eadem Animaduersione S. adest etiam contradictio &c. concernit solum accidentia, locum nempe, in quo panis esset expulnatus, an scilicet proptis Domi, vel apud Pistorem, quod nullatenus destruit substantiam actus heroici circa charitatem in proximum

num

3  
muta, vt ultra-authoritates superius adductas bene comprobauit  
*Rota coram Dumoxet. iun. decis. 982. & conferunt deducta per Pasqua-*  
*lig. quest. Canon. cent. 1. quest. 91. num. 2.*

Prout nullatenus controuerti potest, quod patrimonium pauperibus non erogauerit, ex eo quod nepotibus ex fratre illud renunciauerit; Tum quia ex depositione eiusdem test. s, de quo in eadem Animaduersione S. *quinimò nec cito &c.* patet quod solum prædicta renunciatio verificata fuerit in residuo patrimonij, quod penes se remanserat ibi -- *Hò inteso auco dire, che hauendo rinunziato il patrimonio, che l'era restato alli Nepoti figliuoli del Fratello*; Ideoque aliorum testium depositiones, & auctoritas tot vitæ scriptorum bene verificatur in cetero patrimonio; Tum clarius, quia distributio erga pauperes æque verificatur erga pauperes extraneos, ac proprios parentes, erga quos maior viget obligatio naturalis, iuxta illud vulgare, quod *Charitas bene ordinata incipiat à seipso*, vt passim firmatur de executoribus testamentarijs, qui deputati ad bona distribuenda inter pauperes possunt eligere pauperes sibi coniunctos, *Menoch. conf. 391. num. 3. & de presump. lib. 4. quest. 125. numer. 13. Surd. de Alim. tit. 1. quest. 93. num. 5. Decian. conf. 1. num. 51. vol. 3. Barbof. de Episcopis par. 3. alleg. 83. ex num. 17.*

Omitti autem poterant ea, quæ dicuntur circa obseruantiam præfensi voti emissi à Ven. Seruo Dei, cum esset in carceribus, omnia dandi pauperibus, & agendi vitam eremiticam; Quidquid enim sit de veritate istius assumpti, adhuc tamen vtraque voti pars iustificata remanet; Distributio etenim bonorum in pauperes comprobatur, tam ex præmissis, quam ex dicta *Auditorum Rota Relatione ex numer. 29.* ac etiam Domini Postulatores S. *Interim nunciata morte, cum seq.* Altera autem pars circa vitam Eremiticam desumitur ex eadem *Relatione numer. 61.* vbi testantur de quadam rupe excauata apud Somaschensem Arcem, cui Eremiti cognomentum, Emiliani austeritas, & solitudo tribuit; Parum obstant quod non fuerit illico executioni demandatum, quoniam cum nullum tempus determinatum fuerit voto adiectum, sufficit, vt quamprimum eodem fieri possit, executioni demandetur. *Syluost. verb. votum quest. 2. & 5. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 15. quest. 10. Sanch. de Precept. Decal. lib. 4. cap. 14. nu. 5. Bonacini disp. 4. quest. 2. punct. 5. S. 1. cum alijs apud Castropal. par. 3. tract. 15. disp. 1. punct. 13. n. 4. & seqq.*

Potissimè quia hoc intermedio temporis spatio Ven. Seruus Dei, adeo immensa pietatis, & charitatis opera exercuit in proximos, vt maxima cum ratione distulerit executionem vitæ Eremiticæ, per quâ sibi vnicè mediante vita contemplatiua, & assidua corporis afflictatione consulere poterat, ita melius arbitratus quieto vitæ instituto gregis Christi salutem præferre, vt post *Sanch. Layman. Bonaccin.* & alios bene prosequitur *Castropal. d. punct. 13. sub num. 4. vers. Ex quo fit &c. Maria. de Caribn. Sanct. par. 2. cap. 17. num. 23. & seqq.*

Idque adeo verum, vt ob prosecutionem huiusmodi pietatis, & charitatis operum, citra aliquam noxam etiam propria auctoritate, & absque vlla causa, licita fuisset huiusmodi voti commutatio tantquam in melius, cum Deo (in cuius gratiam votum emissum est) quatiùs sit quidquid melius acciderit, *cap. peruenit de lure ind. cap. 1. de voto cap. licet de Regular. vbi Fagnan. num. 12. alijsque Canonistæ communiter, de quibus Couarr. de pactis part. 1. s. 3. num. 4. Azor. d.*



*lib. 11. cap. 18. quest. 1. Sauch. ad Decal. lib. 4. cap. 49. numer. 4. plenè Castropal. d. tract. 15. disp. 2. punct. 15. per tot. & de Bulla Cruciatæ tract. 25. disp. unic. punct. 9. num. 4.*

Descendendo autem ad tertium, & vltimum statum ab exitu nempe Serui Dei, e Patria, vsque ad obitum; Admittit R. P. D. Fidei Promotor in *S. huiusmodi namque*, quod gesta hoc intermedio tempore cum pauperrima, & laboriosissima vita reputari mereantur heroica, vtpotè patrata à Viro Nobili, & bellicis spiritibus imbuto licentiaque militari satis illecto. Verùm præmissa denigrare intendit cum interiectis nubeculis prætensi defectus probationis, quibus tamen de medio sublatis, clariùs elucescit fulgor heroicus Vener. Serui Dei.

Et quidem vnica responsione remoueri posset obiectum, quod scilicèt dicti tres præstantissimi *Rota Auditores in eorum Relatione ex numer. 118.* concludentiùs canonizauerint validitatem omnium processuum, legitimumque testium examen, vt de processu *Tarvisino* patet ex *dict. num. 118. ad 124. de Venet. ex num. 125. ad 130. de Bergomen. ex num. 131. ad num. 136. de Brixien. ex numer. 137. ad 140. de Papien. ex num. 141. ad 144. de Mediolanen. ex numer. 145. ad 153. & tandem de Somaschensi ex num. 154. ad fin. ex quibus patet de insubsistentia præmissæ oppositionis circa defectum probationis.*

Ceterùm vt magis distinctè diluantur obiecta, procedendo cum eadem distinctione probationum inter Scriptores Vitæ, Testes, & aliàs scripturas; Quatenùs pertinet ad Scriptores, vel Historicos, præmissa vera, & indubitata propositione, quod in subiecta hypothesi deferatur Cronicis, & Historicis, vt plenè fuit comprobatum in *eadem Relatione numer. 9. & in discursu super hac materia edito à bon. mem. de Rubeis impress. apud Matta Canon. Sanct. par. 4. cap. 24.* Non obstat, quod Albanus ratione familiaritatis cum Venerab. Seruo Dei sit. reiiciendus ob præsumptam affectionem, quoniam cum historiam contexerit post obitum Serui Dei, minus suspicari licèt adulandi causa loquutum esse, vt benè probat *Tacit. Histor. lib. 4. vers. 31. in fine -- Verumque qui interfuerunt vnic quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium &c.*

Parum obstante, quod supponat in Seruo Dei continuatum aquæ potum à principio conuersionis, vsque ad vltimum vitæ spiritum, quod ab alijs non confirmatur, quoniam non per hoc detrahenda ei fides est, vt optimè *Castellin. de Inquisit. mirac. in causa Maragr. pag. 64. nu. 35. -- Secundo regulariter, & ordinariè esse recitatur apud Scriptores etiam Ecclesiasticos, vt vnus, vel alter non exprimat omnia, & singula peracta alicuius Viri Dei, sed quod vnus omittit, alter verò refert, quod obseruauit etiam Euangelista scribentes gesta Saluatoris Nostri, nam quod vnus omisit, alijs explicauit.*

Quo verò ad alios Scriptores, duo opponuntur; Primo, nempe quod omnes sint moderni, & tamen necesse sit, quod scripserint centum annos ante motam litem; Et secundo quod contra eos vigeat eadem suspicio affectionis, ex quo sint Religiosi Congregationis à Seruo Dei fundatæ; Prima tamen oppositio diluitur aduertendo quod cum principale fundamentum non consistat in his modernis Auctoribus, sed in tot alijs antiquissimis scripturis, & documentis, legitimoque testium examine, hinc benè comprobare dicuntur

5

euntur veritatem huiusmodi gestorum, ut ita distinguendo aduertunt *Adden. ad decis. 3. num. 8. & ad decis. 389. num. 7. coram Gregor. Adden. ad Buratt. decis. 667. num. 12. vers. Pro concordia.*

Quod autem ad constituendam Auctorum antiquitatem demendum sit tempus motæ litis in eo fundatur, quod alias præsumerentur retulisse ex lite mora, ut aduertit *Rot. decis. 1389. sub num. primo par. 3. lib. 3. diuers. & decis. 43. num. 39. par. 9. ræ.* Verum ultra quod hæc præsumptio cessat respectu authorum, qui scripserunt ante annum, quo commissio signata fuit, adhuc tamen contrariam opinionem, quod tempus motæ litis non veniat detrahendum, tenuit *Rot. coram Seraphin. decis. 928. num. primo & coram Puteo decis. 349. num. 5. lib. 2. in correctis.* Et ad stipulatur praxis huius Sacræ Congregationis, quæ in pluribus canonizationibus fidem præstitit scriptoribus etiam modernis, concurrentibus vetustioribus.

Firmata fide antiquiorum scriptorum, firma remanet etiam traditio posteriorum, qui ab illis hauserunt, iuxta doctrinam *Scacch. de not. & sign. Sanct. cap. 6. pag. 682. lit. C. & sequitur bon. mem. de Rubens apud Matt. de Canon. Sanct. d. par. 4. cap. 24. num. 20.* licet enim nihil plus probent, multum tamen conferunt, dum ostendunt traditionem, hanc semper, & continuo vsque ad hæc tempora fuisse constantem, & uti talem ab omnibus habitam, & receptam.

Altera autem obiectio præsumptæ affectionis ex quo fuerint Religiosi eiusdem instituti, potius retorquetur, dum melius, & securius cæteris poruerunt callere ea, quæ de viro Dei scripserunt, ut notat *Scacch. de sign. sanct. sect. 11. cap. 6. pag. 680. littera B. & C. Decian. consil. 2. 1. num. 29. & 30. lib. primo bene Rot. coram Merlin. decis. 807. num. 4.* Nec enim suspicari possumus, quod ob Religionis gloriam falsum scribere voluerint, vnde passim testes Religiosos eiusdem Ordinis Sacra Congregatio admissa est ad testificandum in huiusmodi causis, ut in specie *Bald. in cap. eum Nuncius in primo notab. de Testib. Mandell. consil. 10. num. 25. Mascard. de Probat. concl. 3. ex num. 11. Farin. de Test. quest. 60. num. 470. Pignat. consil. 192. per tot. tom. primo cum alijs plenè cumulatis per Mattb. de Canon. Sanct. par. 4. cap. 17. num. 13. & 14.*

Quo verò ad testes, opponitur primo quod aliqui non fuerint receptis & examinati Auctoritate Apostolica; secundo varietas, & contradictio; tertio quod inter testes adsint plures mulieres, quæ reputari non possunt integræ fidei; Et quarto quod generaliter nullus testis ratione antiquitatis deponat de visu, sed de simplici auditu; verum hæc omnia facillimè diluuntur: Prima etenim obiectio corruiat ex *lectura dictæ Relationis Auditorum Rota num. 118. cum seq. ex qua patet, quod postquam felic. record. Gregor. XV. ad instantiã Serenissimæ Venetorum Reipublicæ, & Somaschenis Religionis hanc causam comiserat Sacræ Rituum Congregationi, fuerunt per eandem vigore prædictæ commissionis expeditæ literæ remissoriales, ac respectiuè compulsoriales, quibus omnes processus Taruisin. Venet. Bergomen. &c. fuerunt compilati; ideoque negari non potest quin totum gestum fuerit Auctoritate Sedis Apostolicæ mediante organo Sac: Congregationis.*

Et quatenus aliqui testes numerati per R. P. D. Fidei Promotorem examinati fuissent Auctoritate ordinaria, adhuc tamen eum maior eorum pars se se examini subiecerint mediantibus litteris Remissorialibus

bus Sacræ Congregationis ab istis robur, & firmitatem desumerent, ex recepto principio, quod testium defectus suppletur ex numero aliorum R. P. D. de Luca d. tit. de Iudic. dis. 32. numer. 38. Rot. coram Ottob. decis. 200. num. 5. decis. 53. num. 12. par. 13. rec. atque ad effectum faciendi adminiculum pro corroboranda probatione admittuntur etiam testes nulliter examinati iuxta decis. 3. Cassad. num. 2. de Dilat. Gregor. decis. 562. num. 4. & decis. 66. & 113. utrobique num. primo par. 2. rec.

Alterum obiectum præsentis variationis, & contradictionis sublatum fuit superius in §. non obstat præsentia testium Varietas, &c. quod scilicet illa solum verificari valeat in accidentibus, non autem in substantia, quæ solum attenditur; potissimè quia testes non sunt ita singulariter cauillandi, sed eo meliori quo potest modo ad concordiam reducendi *Altogr. conf. 58. num. 66. lib. primo Rot. decis. 84. num. 13. post Salgad. in Labyn. Cred. decis. 379. la prima num. fin. par. 13. rec.*

Quod autem inter testes adsint plures mulieres ne dum intrat dicta regula, quod testium defectus suppletur ex numero; verum etiam quia in subiecta materia Canonizationis Sanctorum admittuntur etiam testes alias inhabiles, & consequenter etiam domestici, & familiares, parentes, maritus pro vxore, cum similibus, de quibus latè *Matte de Canon. Sanct. par. 4. cap. 17. per tot.* Et in terminis mulieris, quod non repellatur à testificando in causis Canonizationum, post *Mascard. Farinac. & alios* prosequitur *Matte d. cap. 17. num. 12.*

Vltima demum oppositio, quod testes sint solum de auditu, fuit superius reiecta §. primo.

Descendendo autem ad tertium supra distinctum genus probationis, nempe ad scripturas, ingenue fatetur R. P. D. Fidei Promotor, neque audet impugnare; Primò Bullam fel. rec. Pauli Tertij super confirmatione Hospitalium à seruo Dei constructorum in varijs locis; Secundò Bullam Beati Pij Quinti confirmatoria donationis per D. Carolum factæ Congregationi Somaeschæ de Ecclesia Sancti Maioli cum assertionem, quod eidem Congregationi dederint initium *Venerabilis seruus Dei vir eximia pietatis insignis, Spiritu Sancto ut pie creditur afflatus*; Tertio Epistolas ab eodem Dei seruo proprio caractere exaratas; Et quartò Constitutiones editas vigore facultatis obientæ à fel. rec. Paulo Tertio in præfata Bulla, in quibus compendiosè narratur vita, & mors serui Dei.

Ex præmissis itaque scripturis, & Bullis Pauli Tertij, & Beati Pij V. clarissime comprobata remanet veritas omnium actuum, & virtutum heroicarum serui Dei, de quibus in illis fit mentio *Gabr. de probat. conclus. prima Gregor. & adden. decis. 239. Buratt. & adden. dec. 175. 621. & 708. decis. 429. ex num. 18. par. 5. rec.*

Exceptio autem, quæ datur aduersus alias scripturas, & documenta, quod vel non fuerint recognita, aut quod non fuerint producta originalia, tollitur eum eadem responsione, de qua supra ratione antiquitatis ultra centum annos, quæ non solum operatur, vt scripturæ, & instrumenta probent absque alia recognitione; sed etiam, vt fides præstanda veniat etiam simplicibus, copijs, & transumptis, vt de primo *Gregor. & Adden. decis. 3. Canaler. decis. 122. & 518. Ad. dem. ad Buratt. decis. 667. decis. 184. par. 6. rec.* Et de secundo *Capua. quen. decis. 234. num. 3. par. prima Buratt. decis. 847. ex num. 3. & 290. in fine Romana Affectationis 13. Maj 1678. coram R. P. D. Taio S. ser. cundo*

*condo quia sumpta, sed exempla, &c.*

Percurrendo tandem actus particulares virtutum sufficeret plena relatio dictorum Rota Auditorum, qui omnes huiusmodi virtutes in gradu heroico canonizarunt, quibus non obstant adducta per R. P. D. Fidei Promotorem ex. 9. *His prehabitis*; Quatenus enim pertinet ad fidem, duo obijciuntur; Primò nempe, quod actus ibi recensiti dici non valeant hæroici, & singulares, sed communes, & proprii omnium Religiosorum; Et secundò quod illis magis conveniant charitati erga Deum, & proximum.

Prima tamen obiectio diluitur aduertendo, quod eatenus illa procederet quatenus de facto actus gesti à viro Dei, ita communiter exercerentur ab omnibus Religiosis, adeo ut dici non posset, quod illi excesserint communem operandi modum. in quo verè, & propriè consistunt heroicitas, quæ non exigit virtutem specie diversam, sed solum magis intensam, atque perfectam, ut probat D. Thomas exponens *Textum Aristoteles lib. 7. Ethic. cap. 7. art. 2. ad secundum*: Sed solum secundum perfectiorem modum in quantum scilicet aliquis est dispositus ad bonum, quodam altiori modo quam communiter hominibus competat & post Suarez & alios comprobavit bo. me. de Rubens in discursu edito super hac heroicitate virtutum impress. apud Matt. de Canon. par. 4 cap. 6. num. 29.

Ideoque cum notorio doceamur experimento, quod zelus, quo blasphemantes increpabat, odium quo hæreticos, cæterosque catholicæ fidei hostes prosequabatur, assidua cum Deo conuersatio per orationem, qua sæpius pernoctare consuevit, aliaque quamplurima de quibus infra, & in dicta Relatione, non sint actus, qui communiter exerceri soleant ab omnibus Religiosis, hinc negari non potest, quin excedendo communem operandi modum, heroice se gesserit ex deduct. per Matiam de Canon. par. 2. cap. 15. ex num. 63. Modernus in suo cursu Theolog. tom. 2. tract. 6. de Virtut. in com. quæst. 3. de Virt. heroic. art. 2. ex num. 4.

Altera autem obiectio fauet huic parti, & mirificè comprobat nostrum intentum, tribuendo præmissa charitati erga Deum, & proximum utpote quæ influit in actus cæterarum virtutum, illosque informat, & perficit unde merito D. Gregorius hom. 27. in Euang. illam omnium radicem appellat: *nihil habet viriditatis ramus boni operis si non maneat in radice charitatis. Piccolom. de moribus grad. 6. cap. 3. circa med. omnes virtutes spiritum, & formam recipiunt à charitate, & sine ea consistere nequeunt*, idemque apertissime docuit D. Thomas 1. 2. q. 62. art. 2. & 3. & quæst. 23. art. 7. & 8. Aversa ibidem scilicet 10. S. 2. pag. 387 Adeoque validus est charitatis nexus cum alijs virtutibus, ut quicumque illam possidet, cæteris quoque præditus esse credatur iuxta illud Augustini: *Vbi charitas est, quid est, quod possit deesse ubi autem non est, quid est, quod possit prodesse, cur ergo non dicimus, quod qui habet hanc virtutem, omnes habet, cum plenitudo legis sit charitas, & Apostolus ad collesenses 3. charitatem vocat vinculum perfectioris, quia scilicet cæteris virtutes unitate perfecta ad invicem connectit. Idemque docuit Divus Thomas 1. 2. quæst. 65. art. 3.*

Hæc autem Charitas comprobata remanet nedum ex præmissis, verum etiam ex luculenter deductis in eadem relatione ex numer. 21. cum plur. seqq. & signanter ex fundatione Congregationis Somaſchæ, plurimumque Hospitalium, & locorum pro orphanorum, & mere-

ericum receptione, & reductione, diffusionem sui patrimonij erga pauperes vsque adeo; vt dum parata sibi pecunia non suppeteret, proprium sudariolum, ipsumque cingulum, quo patricij vtuntur, pauperibus Eleemosinam tradiderit; Quibus pro coronide succedit, quod inquirendo fidelium cadauera proprijs humeris sublata sepulturæ demandaret, adeo ut inter hæc insignis Pietatis officia pestilenti morbo correptus vitam apud Somaſchenses reliquerit. Et quamuis circa præmissa R.P.D. Fidei Promotor nihil opponat circa releuantiam, sed tantum circa defectum probationis, adhuc tamen vt idem ingenue fatetur *S. videndum tamen erit, &c.* vnicum argumentum exclusiuum fundatæ Congregationis Somaſchæ desumptum ex literis patentibus Petri Lippomani Episcopi Bergomen. qui huiusmodi fundationes alijs pijs personis tribuere videtur, nulla habita mentione de seruo Dei, præponderare non debet tot, tantisque probationibus eandem fundationem apprime comprobantibus, vt patet ex dicta *Relatione Auditorum Rota num. 25.* vbi de quampluribus testibus, & historicis, qui de hoc insigni pietatis opere testantur.

Quibus accedunt literæ Apostolicæ Pauli Tertij, & Beati Pij Quinti nec non Constitutiones in quibus habetur mentio de seruo Dei tanquam fundatore huius instituti, quibus iure merito magis deferendum venit, quam literis patentibus cuiusdam Episcopi, ex auctoritatibus supra deductis.

De patrimonij diffusionem dubitari non potest ex supra deductis in *S. Provt nullatenus controuersi potest, &c.* Provt neque de seruitio præstito à seruo Dei affectis pestifera lue, eorumque humatione, cum de hoc deponant Testes, de quibus in eadem relatione *sub num. 31.* qui licet deponant tantum de auditu, adhuc tamen, cum versemur in antiquis optimè probant ex supra deductis.

Quò verò ad obitum ex causa eiusdem ministerij quamuis detur vnicus tantum testis, adhuc tamen ratione eiusdem antiquitatis, & verisimilitudinis iuncta publica voce, & fama satis superque probaret ex deductis per *Farin. de Testib. quæst. 63. num. 35.*

Prudentiæ actus abundanter eluxisse in seruo Dei latè comprobatur *Relatio Rota ex num. 37.* quos denigrare non potuit asseritio, de qua in vna ex literis serui Dei, quod scilicet: *Absque Fide Christianas non potest operari multa miracula* quoniam, vt aduertit idem R.P.D. Fidei Promotor in *S. Nisi forsitan dicatur, &c.* illa verba non potest à pluribus expositoribus accipiuntur pro noluntate, hoc est, quod absque fide non velit operari miracula, quod sufficit ad effectum, vt confessio æquiuoca non præiudicet contenti, omnisque interpretatio facienda sit ad eius fauorem ad *Text. in l. si quis intentione ff. de Indic. Mantie. decis. 199. num. 6. & 205. num. 4. decis. 218. nu. 9. par. 6. rec. Adde. ad Burrat. decis. 443. num. 5.*

Iustitiæ heroicitas nedum consistit in sola distributione melioris panis erga orphanos, & derelictos, sed in plerisque alijs actibus benè consideratis in eadem *Relatione Rotali num. 42. cum seqq.* Provt de fortitudine latius *ibidem* apparet ex *num. 44.*

Temperantiam insignem fatetur idem R.P.D. Fidei Promotor, qui licet proponat difficultatem circa defectum probationis, ex quo omnia iustificentur ex testibus, & scriptoribus vitæ, hoc tamen obiectum fuit superius abundè sublatum, & comprobatur in eadem *Relatione ex num. 47.*

His

9  
His autem virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus non de sunt alle-  
virtutes annexæ, obedientiæ, orationis, humilitatis, paupertatis,  
& poenitentiae, vt plenè fuit comprobatum *in eadem Relatione ex*  
*num. 53. ad 63.* Obiecta autem excitata per R. P. D. Fidei Promoto-  
rem, quoad defectum probationis non releuant ex superius addu-  
ctis. Provt nullatenus obstat consideratio, quæ aduersus Humili-  
tatem ponderatur circa quamdam speciem vanæ gloriæ, quam præ-  
tulisse prætendit in quibusdam literis, *de quibus in S. Vltimus hanc*  
*virtutem cum seqq.* Quoniam cum habeamus certa, & notoria Hu-  
militatis argumenta ponderata, tam per Postulatores, quàm per  
*Auditores Rosa in saepe allegata Relatione ex num. 58.* non possunt illa  
offusari à prætensa aliquorum verborum iactantia, *qua vt ait D.*  
*Thom. 2. 2. quæst. 112. art. primo & Massa de Canon. par. 2. cap. 8. nu. 54.*  
*dicitur inanis, & stulta de se prædicatio, seu per quam quis se extollit*  
*supra id, quod in se est, vel supra id, quod de eo alij opinantur, quod*  
nullatenus adaptari potest in Venerabile seruo Dei propter dicta  
verba; Potissimè quia humilitas in summo gradu, quæ in illo præ-  
fulsit, excludere dicitur quamcumque iactantiam, vtpote illi ex  
diametro oppositam, vt post *D. Bernard. in tract. de humil. resoluia*  
*Less. lib. 4. de Iust. & Iur. cap. 4. disp. 10.*  
Quare, &c.

**Nicolaus Falconius Aduoc.**

**Reuisa.**

**Andreas Pierius Subpromotor Fidei!**

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or introductory paragraph.

... ..

... ..